

Biblioteca Valenciana

EPI TOM E,
SIVE COMPEN-
DIVM CONSTITV-
tionum sanctæ Metropolitanæ
Ecclesiæ Valentinae.



VALENTIAE:
Apud Petrum Patritium:
Anno M. D. Lxxxij.

ÉPIQUE
SIVE COMMENT
DEVM. CONSTITVA

trouant l'ordre des Métropolitains
de l'église & de l'état.



PARIS
MDCCLXXV

Ad Illustriss. & Reueren-
diss. D. D. Ioannem à Ribera Patriarcham Antio-
chenum, & Archiepiscopum Valentinum, eiusq[ue]
perillustres Canonicos, & Capitulum, Bernardi-
ni Gomezij Miedis Canonici, & Saguntini
Archidiaconi, in Epitomen, siue
compendium constitutio-
num Valentinae Ec-
clesiae.

P R A E F A T I O



T auditori breuitas grata est, cum in-
dicente, aut nullum redundat verbum,
aut tantum verborum inest, quantum
necesse est; ita lectori graui, percurioso
que, cuius est attentè scripta percurre-
re, nihil solet esse gratius, & quod ipsum prouocet ad le-
gendum intentius: quàm demptis superuacaneis, ea tan-
tùm, quæ ad rem faciunt, expressa inuenire: quòd magnã
sibi is temporis iacturam facere videatur, dum ad inue-
niendam rem, oblongo verborum ambitu circūducitur.
Quæ plane ratio, te quidè Antistes Illustriss. vosq[ue]. Ca-
nonici perillustres meritò ac iure mouit, vt in recensē-
dis tam multis huius Metropolitanae Ecclesiae legibus,

¶ 2 siue

siue constitutionibus, ad hanc usque diem ab eius exor-
 dio editis, magnam quoque breuitatis rationem habe-
 retis: propterea quòd hæ non solum numero & multitu-
 dine, sed varia, multiplicique verborum supellectile, cū
 legentibus fastidio erant, tum ex hoc etiam pleræque in
 desuetudinem, turpissimè abire cœperant. Quid enim tur-
 pius? quàm sacras Ecclesiæ leges, ad ipsam regendam
 conditas, atque iureiurando firmatas, earum conditores
 simul ac vindices, non modò missas quandoque face-
 re; sed à relegendis illis abhorrerere? Quid vecors ille in-
 de oriens erga diuinum cultum negligentie abusus?
 nonne paulatim in eam ipsam damnationem, qua digni
 sunt, qui opus Dei negligenter faciunt, abutentes detru-
 debat? Cui tandem incommodo, vt pro communi Eccle-
 siæ bono, officijque debito, occurreretur, scitè, diligèter-
 que prouidistis, vt constitutionum tot inuētæ centuriæ,
 confusaq. multitudo, redigerētur in ordinem: vtq. singu-
 læ quæque ad breues quasdam summas rerum, & sen-
 tentias reducētæ, in Commentarium, seu paruum quen-
 dam codicem referrentur; cuius breuitate, ac cōtractio-
 ne, vnusquisque ad perlegendum allectus, eodem veluti
 Enchiridio, ad debitam Ecclesiæ administrationem im-
 pendendam, pièque ac sapienter eius necessitati occurre-
 dum, ac consulendum vteretur. Quod redigendi onus,
 tametsi graue, arduumque profectò (res enim dilatan-
 di, qua

di, quasi naturæ opus est, contrahendi, artis) ut primum
 tamen mihi iniunxistis, curavi sedulò, proque virili par-
 te, perficere, vestroque rem omnem proposito accommo-
 dare. Nam primum quidem, variam ac dispersam tot ve-
 terum, atque nouarum constitutionum congeriè, in quos-
 dam communes locos, siue titulos, quibus res in vniuer-
 sum à re, atque argumentum ab argumento distinguere-
 tur, digessimus. Deinde detractis superfluis, ipsam sum-
 mam rerum, quanta maximè potuimus breuitate, ac suc-
 co è singula quaque constitutione expressam, in compen-
 diola retulimus: in quibus & Antistitis tunc præside-
 ntis nomen, prænomenque apposuimus: & diem, mensem,
 & annū, quibus acta illa fuere, adscripsimus: & origi-
 narium codicē Constitutionum veterum impressarum, in
 quo illæ fusè, atque ad longum conscriptæ sunt, cum fo-
 lio, siue pagina citauimus: ut ad illum, tanquam fontem
 rerum, facilis atque apertus sit inquirenti aditus. Postre-
 mò Indicem copiosum summa continentem capita, siue
 rubricas, reductarum sic constitutionū, operi affiximus;
 ut pro titulo & pagina in promptu sit eiusmodi compen-
 diola inuenire. Ceterum, quòd nonnullas cōstitutiones, si-
 ue statuta antiqua potissimum, contrario nunc usu abo-
 litæ, reliquerimus; mirandum non est, consultò enim id fe-
 cimus, ut eorum, si non usus, saltem perpetua ratio, ut le-
 gis anima, qua condita fuere illa, appareat, ut posteris

subseruiat, ad aliquid vel renouandum, vel ex caussa im-
 mutandum. Quin & iisdem quoque vocabulis, ac etiam
 dictionibus, quibus tum erat dicendi, ac scribendi vsus,
 vsi quoque fuimus, ne mutatis illis, immutasse rem, atq.
 à vero eius sensu & intelligētia discrepasse videremur.
 Quibus peractis librum iussu vestro typis excussum, ac
 non mediocri labore nostro absolutum, vobis, tanquam
 perpetuæ nostræ erga vos, & Ecclesiam obseruantia,
 ac pietatis testem futurum, in manus damus: quem vt
 præ oculis, manibusq; semper habeatis, vos etiam atque
 etiam oramus, obtestamurque; vt cuius assidua lectioe,
 cum muneris, officijque vestri erga Ecclesiam præclarè
 admoneamini: tum ad eam piè, fideliterque regendam,
 & gubernandam, vt debetis, nulla sit mora, quin tu eius
 Princeps vigilatissime, summam cum auctoritate
 mentem adhibeas: vosque eiusdem confor-
 tes laboris Canonici, omnem ve-
 stram curam, studium, ac
 diligentiam, neruos
 deniq. omnes
 intenda-
 tis.

INDEX

INDEX CONSTITUTIONUM QUAE in epitome continentur.

¶ Titulus primus, de distributionibus in com-
muni. pagina. 1.

Constitutio prima distributionum Ecclesie Valentinæ. ead.

Constitutio de distributionibus, præcedentē corroborans. 2.

Constitutio de augmento distributionum Ecclesie. ead.

Constitutio de augendis & non alienandis redditibus distribu-
tionum Ecclesie. 3.

Constitutio de distributionibus, à canonicis, & officialibus reci-
piendis. ead.

Ordinatio super duplis accrescentibus canonicis. 4.

Præfatio constitutionum à dño Vgone Episcopo Valentiæ editarū. 5.

Cōstitutiones duæ Vitalis Episcopi, super decimis, & præpositurū. 5

Bulla, quòd de distributionibus, & anniuersarijs Ecclesie Valenti-
næ, non exigatur decima, nec subsidium. 6.

Constitutio permutationis factæ inter Episcopum, & capitulum
super decimis de Garchio, & Chullella, cum certa quantitate su-
per decimis de Alzira. ead.

¶ Titulus II. de his quæ spectant ad Canonicos,
& Capitulum. 8.

Constitutio, per quam instituuntur viginti canonici. ead.

Creatio quattuor canonicatum presbyteralium. ead.

Constitutio, per quos creentur canonici deficiente numero. 9.

¶ 4 Con-

INDEX

| | |
|--|------|
| Constitutio de portione canonica, & vestuario. | 10. |
| Constitutio declaratoria precedentis circa vestuarium. | 11. |
| Constitutio, quòd canonici habentes præposituram recipiant vestuarium, excepta præpositura mensis Octobris. | ea. |
| Constitutio de canonicali & alijs portionibus. | 12. |
| Constitutio declaratoria de absentibus, qui portionem quotidianã possunt accipere. | ead. |
| Constitutio, quòd canonici absentes tempore pestis recipiant portionem canonica, & vestuarium. | 13. |
| Constitutio super portione quam accipiant absentes propter pestẽ de distributionibus canonicalibus. | ea. |
| Ordinatio, quòd canonici qui propter inimicitias, seu bandos, timent ad Ecclesiam venire, recipiant distributiones quotidianas, & idem pro beneficiatis. | 14. |
| Constitutiones diuersæ editæ sub vno capitulo Paschali super administratione distributionum canonicalium. | ead. |
| Constitutio super modo distribuendi canonicalem portionem. | 16. |
| Constitutio super distribuendis quantitatibus quæ supersunt ex redditibus canonicalibus. | ead. |
| Constitutio de portionibus absentium canonicorum quomodo diuidi debeant inter præsentem interessentes. | 17. |
| Constitutio super accrescentia distributionum canonicalium. | ead. |
| Constitutio super diuisione laudimiorum canonicalium. | 18. |
| Constitutio super portione canonicorum in processionibus. | ead. |
| Constitutio, quòd canonici sint in sacris. | 19. |
| Constitutio de canonicis, qui non sunt in sacris quid deseruendo lucrentur. | ead. |
| Constitutio de modo recipiendi canonicum. | 20. |
| Constitutio de eodem modo, & de quibus gaudeant, & de capitulo paschali. | ead. |
| Constitutio de capitulo celebrãdo prima die cuiuslibet mensis. | 21. |

CON-

INDEX

- Constitutio, quòd die xv. cuiuslibet mensis congregetur capitulum, ubi Syndici reddant rationem negotiorum Ecclesie. 22.
- Constitutio de secreto capituli. 23.
- Constitutio de pœna iuramentorum. 24.
- Constitutio de modo votandi in capitulo, & quòd canonici in Ecclesia, seu capitulo non intrent cum armis. ead.
- Constitutio de ordine qui est habendus in apponendis votis per fabas in saccis. 25.
- Constitutio super dandis votis in capitulo per fabas. eadem.
- Constitutio alia de votis canonicorum, quot, & quo pacto concurrere debeant ad electionem capitularem. 26.
- Constitutio de non captandis aliorum votis: & de absentibus quomodo vota sua dare possint. 27.
- Constitutio super iurisdictione in canonicos prebendatos delinquentes. 28.
- Prouisio, siue additio facta superiori constitutioni. 29.
- Conseruatoria Ecclesie Valentinae Pauli Papae III. ead.
- Bulla Clementis Papae septimi, confirmatoria constitutionum de coniudicibus. 30.
- Alia bulla eiusdem Clementis confirmatoria earundem constitutionum. ead.
- Bulla confirmationis gratiarum Ecclesie per Iulium Papam. III. 31.
- Constitutio de his qui in Ecclesia, aut capitulo conuitia proferunt, verbis, factisque iniuriosa. ead.
- Constitutio, quòd Canonici qui sunt presentes possint quolibet anno accipere solatium unius mensis. 32.
- Constitutio, quo die & mense annus incipiat. 33.
- Constitutio, quòd Canonici accipiant quolibet anno solatium quatuor mensium. ead.
- Bulla Legati de latere confirmatoria precedentis constitutionis. 34.

INDEX

- Constitutio, quòd solatium quattuor mensium lucrari possint canonici etiamsi in ciuitate resideant. 34.
- Constitutio de forma accipiendi solatium. ead.
- Constitutio declaratoria alterius de solatio quattuor mēsiū. 35.
- Declaratio congregationis concilij Tridentini Romæ facta de solatio lucrando. ead.
- Constitutio, super cappis quas tenentur prestare canonici, & prepositi, & dignitatem habentes. 37.
- Constitutio super valore capparū ab eorū vnoquoq. prestādo. ead.
- Constitutio de domibus canonicalibus. 38.
- Constitutio super mercede soluenda per conductores hospitiorum dignitatum & canonicorum. 39.
- Constitutio super optandis hospitijis capituli. ead.
- Constitutio, quòd possessiones hospitiorum canonicalium non recipiantur auctoritate propria, nec cum armis. 40.
- Constitutio, siue prouisio de taxandis domibus canonicorum. ead.
- Constitutio, quòd canonici qui non sunt in sacris hospitia optare nō possint, neque alia facere. 41.
- Confirmatio Apostolica constitutionis præcedentis. ead.
- Confirmatio alia eiusdem. ead.
- Confirmatio alia etiam eiusdem, Benedicti Pape. 42.
- Constitutio, quòd pecunias taxationum domorum canonicalium recipiat Viceoperarius. 42.
- Constitutio declaratoria alterius, super optandis domibus canonicalibus. ead.
- Constitutio, quòd hospitia canonicorum, & dignitatum recognoscantur, & reparentur. 43.
- Constitutio, quòd hospitia Ecclesiarū Parochialium vrbis & beneficiorū visitentur anno quolibet à deputatis per Capitulū. ead.
- Constitutio, quòd canonici non soluant in subsidijs, aut tallijs Episcopalibus, pro Rectorijs eorundem. 44.
- Constitutio, quòd nullus admittatur ad Dignitatem, Prepositu-

INDEX.

- ram, administrationem, vel officium, nisi fuerit actu canonicus prebendatus.* ead.
- Constitutio, seu capitula edita super administratione loci de Albal erga bonas & personas, ac etiam loci de Benimaclet locorum Capituli. 45.
- Constitutio, quòd arrendamenta mensæ capitularis, fiant, prout arrendamenta mensæ Episcopalis. ead.
- Constitutio, quòd protacolla arrendamentorum reponantur in Archivio capituli, & de officio Scribe. 46.
- Constitutio de consultando Aduocato capituli in controuersia, per fabas. 47.
- Constitutio de ordinibus canonicorum. ead.
- ¶ Titulus III. de his quæ communiter spectant ad dignitates Sedis Valentinae. 50.
- Dignitates quomodo creatæ fuerint: & primò de Archidiaconatu maiori, & de Archidiaconatu Xatiuae, & alijs dignitatibus. ead.
- Constitutio de collatione dignitatum, & præpositurarum. 51.
- Constitutio de visitatione, & cæna Archidiaconi Valentini. 51.
- Creatio Decanatus Ecclesie Valentinae. 52.
- Applicatio Ecclesie de Chelua Decanatus Valentini. ead.
- Constitutio de Ecclesijs unitis Decanatus. 53.
- Creatio Archidiaconatus Muriueteris, & Algeriæ. ead.
- Institutio, seu incorporatio Vicarie Muriueteris. 54.
- Vnio, seu incorporatio Vicarie perpetue sancti Ioannis de mercato facta præcentorie Sedis Valentinae. ead.
- Constitutio super concordia inter capitulum & Sacristam. 55.
- Constitutio, in quo ordine esse debeat Præcentor & Sacrista, & de Sede eorum, & Decani: necnon Archidiaconorum Valentinae, Xatiuae, Muriueteris, & Algeriæ. 56.

I N D E X.

- Declaratio de cathedra Archidiaconi maioris ubi sit locanda. 57.
 Constitutio, quòd nullus ad dignitates admittatur, nisi prius iura-
 uerit constitutiones Ecclesie. eadem.
 Constitutio, quòd Episcopus antequam admittatur soluat iura fa-
 bricæ. eadem.
 Que soluere tenentur Episcopus, & dignitates. ead.
 Constitutio alia, quòd nullus admittatur ad illorum possessionem,
 nisi prius actu soluerit iura fabricæ, & thesaurariæ, ac sala-
 ria officialium. ead.
 Constitutio iurata, quòd Ecclesia Valentina, non diuidatur in plu-
 res. ead.
 Ordinatio super distributione sapientiarum. eadem.
 Constitutio de bonis Archiepiscopi, & Capituli. 60.
 Constitutio, quòd procuratores Episcopi, & capituli, non possint
 emere iura decimalia. 61.
 Constitutio de testamentis per Episcopum, Prælatos, & Canoni-
 cos Ecclesie Valentinæ faciendis. ead.
 Confirmatio Apostolica constitutionis supradictæ, per quam Epi-
 scopus, Prælati, & canonici testari possunt, & fructus unius an-
 ni post eorum obitum recipere. 63.
 Constitutio pro quo tempore Præpositus, seu alius personatus Ec-
 clesie debent habere post suum obitum fructus Præposituræ, si-
 ue personatus. ead.
 Constitutio, quòd si cui habenti prælaturam aliquam in Ecclesia
 alia prælatura conferatur, habebit per annum fructus præla-
 turæ dimissæ. 64.
 Corroboratio constitutionis annatæ mortis. ead.
 Fundatio monasterij beatæ Mariæ de Porta cæli, per Reuerendissi-
 mum Andream Episcopum, & Capitulum Valentinum. 65.
 Constitutio, quòd possessio Archiepiscopatus non tradatur cū eis-
 dem solēnitatibus procuratoribus sicuti ipsimet Archiepiscopo. ea.
 Con-

INDEX.

Constitutio, quod originem trahentes à Iudeis, non admittantur ad dignitatem, canonicatum, aut alium Ecclesie personatum. 66.
Sententia per Illustriss. D. D. Ioannem de Ribera Archiepiscopum Valentinum, promulgata super præcedentia dignitatum, & canonicorum, in exercitio, & assistentia actuum Pontificalium. 67.

¶ Titulus III. de his quæ spectant ad præposituras Sedis Valentinae.

Constitutio de institutione præpositurarum Sedis Valentinae, de quæ earum oneribus, & de fundatione Hebdomadariorum, & aliorum officialium Ecclesie. 69.

Creatio noua duodecim præpositurarum. 71.

Constitutio, quod præpositi teneantur facere cellaria, & habere torcularia, & fideiussores dare. 73.

Constitutio de baiulis Præpositorum. ead.

Constitutio trium milium solidorum. 74.

Confirmatio Apostolica constitutionis de mille quingentis solidis soluendis per præpositos Sedis Valentinae. 75.

Constitutio super dandis fideiussoribus per præpositos, ac soluendis vestuario & mensata. ead.

Incorporatio præpositurae mensis Octobris auctoritate Apostolica distributionibus canonicalibus Ecclesie Valentinae. ead.

Bulla assignationis pensionum super fructibus præpositurarum vacaturarum. 76.

Executio Bullæ Pauli Pape II. ead.

Requisitio facta per procuratores. 77.

Constitutio approbationis tam superioris bullæ Pauli II. quàm alterius constitutionis Vitalis Episcopi super alia pensione per præpositos Ecclesie soluenda. ead.

Applicatio certæ partis fructuum præpositur. mense capitularis. 78.

I N D E X.

- Constitutiones duæ domini Vitalis Episcopi, super decimis & præposituris.* 79.
- Constitutio, qua supprimuntur omnes præposituræ Ecclesiæ Valentiniæ cum primùm vacauerint.* 80.
- ¶ *Titulus V. de iuramentis Archiepiscopi, Dignitatum, Canonorum, & Præpositorum.* 81.
- Iuramentum, quòd præstare debet Reuerendiss. D. Archiepiscopus, uel ipsius procurator antequàm ad possessionem admittatur. ea.*
- Iuramentum Canonici nouiter intrantis.* 82.
- ¶ *Titulus VI. de laudabili eleemosyna Denconesa.* 83.
- Constitutio, quòd procurator eleemosynæ audiat computa inferiorum suorum.* ead.
- Constitutio super firma & approbatione administratorum.*
- Constitutio, quo pacto administratores eleemosynæ duplarum & aniuersariorum firmare debent in transportationibus proprietatum.* ead.
- Constitutio, quòd non possit fieri gratia in laudimys.* 84.
- Ordinatio, quòd Rationalis, seu administratores possint definire computa manumissorum illorum qui eleemosynam heredem constituerunt.* 85.
- Ordinatio de augendo salario procuratori eleemosynæ.* ead.
- Constitutio super distributione signorum eleemosynæ, qua reuocantur signa concessa ad beneplacitum.* 86.
- Constitutio, quòd signa Denconesa dentur siue designentur fabis. ea.*
- Constitutio, quòd in domo eleemosynæ non possit legi nisi facultas Theologica.* 87.
- Constitutio, quòd ibidem non possint laici habitare.* ead.
- Constitutio, quòd hospitium de Benimaclet nulli possit locari.* 88.
- Con-

INDEX

- Constitutio de non admittendis resignationibus signorum eleemosynæ, nisi sub certis conditionibus. 88.
- Constitutio, quod resignationes signorum, nisi precedente edicto, tanquam vacantium per obitum admitti non possint. 89.
- Constitutio de laudimijs, quando sit concedenda gratia, quando neganda. 90.
- Constitutio de distribuendis quolibet anno centum libris pro maritandis puellis, & captiuis redimendis de eleemosyna Petri Garro. ead.
- Constitutio, quod signa eleemosynæ non cessionentur. 91.
- Constitutio, quod non possint dari signa eleemosynæ habitantibus extra ciuitatem, & de reuocatione eiusdem. ead.
- Constitutio, de non soluendis signis, nisi elapso certo tempore à die vacationis. 92.
- Prouisio de procuratoribus eleemosynæ, qualiter signa soluere debeant, cum alijs prouisionibus. ead.
- Constitutio super distributione residui, & laudimiorum administrationis eleemosynæ inter cantores, & alios Ecclesie ministros. 93.
- Constitutio super administratione censualium pretij de Burjaçot, ad eleemosynæ administrationem pertinentium. 94.
- Constitutio reuocatoria duarum constitutionum super habitatione domorum de Benimaclet, & eleemosynæ ciuitatis. 95.
- ¶ Titulus VII. de his que spectant ad beneficitos. 97.
- Constitutio de beneficijs instituendis. ead.
- Constitutio per quam beneficium vnitur magistro scholæ cantus ad nutum, & amobile. ead.
- Constitutio de tertia parte reddituum beneficiorum, & quomodo distribui debeat. 98.

Bulla

INDEX

- Bulla super tertia parte fructuum soluenda per beneficiatos ab-*
sentes. 98.
- Constitutio, quod beneficiati non admittantur ad percatia, nisi prius*
soluant debita predecessorum. 99.
- Constitutio, quod nullus admittatur ad percatia Ecclesie, nisi fue-*
rit verè beneficiatus. ead.
- Constitutio de ordine seruando circa celebrandas Missas benefi-*
ciatorum Ecclesie. 100.
- Constitutio de ordine seruando circa celebrandas Missas tam be-*
neficiatorum Ecclesie quàm etiam votiuas. 101.
- ¶ *Beneficia in Sede Valentina per diuersos insti-*
tuta, quorum collatio, seu presentatio pertinent ad do-
minum Archiepiscopum simul cum Capitulo, aut Ca-
pitulo, & Dignitatibus, seu Præpositis in solidum. 103.
- ¶ *Beneficia Sedis, quorum collatio, seu presentatio per-*
tinent ad Archiepiscopum tantum 105.
- Constitutio de beneficijs instituendis, & quod beneficium annua-*
le non admittatur. 107.
- Cōstitutio alia de beneficijs nouiter instituendis, et de quãtitate.* 108
- Dotatio Vicarie perpetuæ sancti Petri Sedis Valentina, & de e-*
ius augmento. ead.
- Titulus VIII. de his quæ spectant ad chorum, ca-**
pellam maiorem, & processiones. 111.
- Constitutio de horis & diuino officio.* ead.
- Constitutio de puncto temporis quo est intrandum in choro.* ead.
- Constitutio de eiusdem horis.* 112.
- Constitutio alia qua hora Canonici, & beneficiati teneantur in-*
trare chorum. 113.
- Constitutio alia super residentia Canonorum in choro.* ead.
- Consti-

INDEX.

- Constitutio de cappis, & de cæteris canonicorum insignijs & aliorum. 116.
 Constitutio, circa delationem muçarum. 117.
 Constitutio super committendis cappis canonicis in choro. 118.
 Constitutio de cappis tenendis in choro, & de seruitio ibidem faci-
 ciendo. ead.
 Constitutio ne clericus indutus suppellicio intra Ecclesiam cum ca-
 pucio existat, ac nisi cū suppellicio, vel cappa chorū intret. 119.
 Constitutio de cappis nigris vtendis. ead.
 Constitutio, super deferendis insignijs. 120.
 Constitutio, quòd non valeant vti insignijs in choro, & Ecclesia,
 qui non fuerint constituti in sacris. ead.
 Constitutio, de his ad quæ obligatur capellanus aurora. 121.
 Ordinatio, quòd representatio Spiritus sancti fiat tantum in pri-
 ma die Penthecostes. ead.
 Ordinatio, quòd non cantetur in choro cantus de orgue. ead.
 Ordinatio super illuminatione altaris maioris. 122.
 Constitutio de cereis canonicorum. ead.
 Ordinatio processionis in qualibet die Veneris. ead.
 Constitutio super modo, & ordine qui debet in processionibus ser-
 uari. ead.
 Constitutio, quo in loco incedant capellani octo capellaniarum no-
 uiter erectarum in processionibus. 124.
 Constitutio, quòd laici non sedeant in cathedris chori. ead.
 Constitutio, quòd claudatur ianua cancelli capelle maioris. 125.
 Constitutio, quòd non detur collatio, siue gustatio deferentibus cu-
 stodiam die corporis Christi. ead.
 Constitutio super delatione corporis domini ad monumentum. ead.
 Constitutio de his ad quæ tenetur Magister cantus infantium dipu-
 tatorum. 126.
 Constitutio, de distributione eroganda in processionibus corporis
 Christi

INDEX.

- Christi, & Assumptionis beatæ Mariæ. 126.
- Constitutio, quòd officium matutinorum festorum solemnius possit decantari post officium completoriũ, confirmata per Pium Papam IIII. 127.
- Constitutio super electione bursariorum chori. 128.
- Constitutio de insignijs Magistris in Theologia, & licentiatis in utroque iure concedendis. ea.
- Constitutio super distributione denarij minuti in choro. 129.
- Constitutio super dandis distributionibus chori, non interessentibus. 130.
- Constitutio exprimens quibus permissum est in processibus incedere, & in prioribus Ecclesiæ cathedris sedere. 131.
- Constitutio declaratoria precedentis, & quòd per eam non excluduntur monachi à processibus. 133.
- ¶ Titulus IX. de his quæ spectant ad Hebdomadarios, Diaconos, Subdiaconos, & Succentores, decem personatus nuncupatos. 334.
- Constitutio de associetate, quam debent præstare reliqui officiales hebdomadarijs, de quæ eorum officio, & de institutione Magistri qui regat scholas Grammaticæ. 134.
- Bulla Benedicti Papæ, qua confirmatur facultas Capituli Valentini, ad conferendum hebdomadarius, Diaconalia, & Subdiaconalia officia, contra illa expectantes. 135.
- Constitutio ad quid Subdiaconati sint astricti. ea.
- Constitutio, quòd nullus ad Diaconum, vel Subdiaconum, se induat in altari maiori, nisi cui competit ex officio. 136.
- Constitutio super dandis officijs altaris maioris, & alijs dicte Ecclesiæ. 137.
- Constitutio declaratoria superioris constitutionis, super dandis officijs altaris maioris, & de coadiutoribus eorundem. ead.
- ¶ Proui-

INDEX

- Prouisio de marchis, siue mulctis contra hebdomadarios non interessentes.* 138.
- Constitutio declaratoria alterius, super prouisione officiorum decem, chori, & altaris maioris.* ead.
- Constitutio, quòd decem officia altaris, & chori Ecclesie sint deinde ad nutum amabilia, & de eius reuocatione.* 139.
- Constitutio de eisdem officarijs, siue personatibus.* ead.
- Constitutio de hebdomadarijs, Diaconis, Subdiaconis, siue cantoribus, non nominandis ad alia officia Ecclesie.* 140.
- ¶ *Titulus X. de salarijs & officijs Ecclesie, tã Canonorum, quàm aliorum.* 141.
- Constitutio, quòd canonici qui tenent officia habeant certum salarium.* ead.
- Augmentatio salarij quorundam officiorum, & de prestandis fideiussoribus.* ead.
- Constitutio, quòd administratores, siue procuratores nullo modo exercent officia antequam præsentent fideiussores.* 142.
- Constitutio, quòd non perpetuentur officia.* 143.
- Constitutio, quòd officia distribuantur per turnum.* 144.
- Constitutio de ceteris officijs concedendis per turnum.* ead.
- Bulla Alexandri sexti confirmatoria duarum constitutionum de turnis.* 145.
- Constitutio contra canonicos absentantes se in fraudem, vt alij canonici priuentur officijs sibi per turnum prouenientibus.* ead.
- Constitutio, quo tempore residere teneatur canonicus, vt habeatur præsens ad obtinenda officia, etiamsi absens.* 146.
- Constitutio reuocatoria precedentis constitutionis, quòd canonicus Paschali capitulo interueniens obtineat officia etiamsi absens prima die Madij.* 147.

Con-

INDEX

| | |
|--|------|
| Constitutio, super erectione officij Subsacristæ Sedis. | 147. |
| Constitutio de thesaurarijs, & eorum officio. | 148. |
| Constitutio, super collatione officij lectoris Theologiæ. | ead. |
| Constitutio, quòd vnus canonicus stet in loco de Burjaçot, & de eius reuocatione. | 149. |
| Constitutio, quòd procurator de Albal eligatur ad voluntatem capituli. | ead. |
| Constitutio de oratoribus, & salarijs. | 150. |
| Constitutio, quòd canonicus Syndicus ad curias generales missus deferat secum Subsindicum Ecclesiæ clericum. | ead. |
| Constitutio, quòd nullus mittatur ab Archiepiscopo ad curias generales, nisi canonicus actu præbendatus. | 151. |
| Constitutio de modo quo eligendus est Syndicus ad curias generales mittendus. | ead. |
| Constitutio super dietis, & salario legationis canonici. | 152. |
| Constitutio, de personis mittendis ad visitandum Archiepiscopum nouiter electum, & de salarijs eis persoluendo. | 153. |
| Constitutio de officio Syndicatus, & de limitatione mandati præ Syndicis. | 154. |
| Constitutio de officijs mechanicis Ecclesiæ. | ead. |
| Prouisio de officio Lapidæ. | ead. |
| Prouisio de non assignando salario ordinario aduocatis. | 155. |
| Prouisio de non eligendo aduocato. | ead. |
| Constitutio de electione, siue acceptatione cantorum, eorumque salario, & quòd augeri non possit. | ead. |
| Constitutio super augmento salary cantorum, & officialium Ecclesiæ. | 156. |
| Constitutio, quòd cantores, & tibicines Ecclesiæ Valentiniæ, non exercent officium extra Ecclesiam nisi de licentia, & qui ap- puntentur propter absentias. | ead. |
| Ordinationes per Reuer. D. Sacristã Sedis Valentiniæ Texyãda. | 157. |

Con

INDEX

- Constitutio contra procuratores petentes à Reuerendo Capitulo dilationem ad soluendum. 157.
- Constitutio de procuratoribus maioribus eleemosynæ: duplarum, annuversariorum, denarij minuti, & administrationis de Perellos, quæ præstare debeant, vt sequenti anno admittantur ad eadem officia. 158.
- Constitutio circa officium scribæ, atque notarij capituli. 159.
- Constitutio, quòd officia albaranorum, & murorum, non ad clericum, sed ad canonicos exerceri spectent. ead.
- Cõstitutio de modo recipiendi capson per canonicũ impositorẽ. 160.
- Constitutio, quãdo sit salariũ soluendũ canonicis, Rationalibus. 161.
- Constitutio super electione Syndici, ad negotia stamenti, & brachij Ecclesiastici pertractanda. ead.
- Reuocatio Syndicatus cleri Valentini. 162.
- ¶ Titulus XI. de his qui spectant ad fabricam, aut alia iura Ecclesiæ.
- Constitutio, per quam excommunicantur Ecclesiæ debitores. 165.
- Constitutio contra non reddentes computa suarum administrationum. ead.
- Prouisio contra collectores administrationum Ecclesiæ. 166.
- Constitutio, quomodo canonici, & beneficiati debent compelli ad soluendum debita Ecclesiæ. ead.
- Cõstitutio, quo ordine debet procedi cõtra debitores Ecclesiæ. 167.
- Cõstitutio de redditibus acquirẽdis fabricæ propter vacationẽ. 168.
- Cõfirmatio Apostolica superioris cõstitutionis in fauorẽ fabricæ. ead.
- Constitutio, quòd in permutationibus beneficiorum soluaturs fabricæ annata pro inæqualitate valoris. 169.
- Constitutio qualiter debeant redditus diuidi Reçtoris vel capellani defuncti cum successore: & in qua die incipit annus. ead.
- Declaratio virtute Bullæ Martini Pape in fauorẽ Ecclesiæ. 170.
- Simi-

INDEX.

- Similis declaratio virtute Bullæ eiusdem Martini Papæ IIII. in fauorem annatarum Canonorum Sedis.* ead.
- Constitutio, quòd neq. scriba, neq. ministri teneantur succumbente Canonico, aut dignitate, restituere salaria, neq. etiam Capitulum, cappam, neq. iura fabricæ, elapso anno post receptionē.* 171.
- Constitutio super receptione annatarum Ecclesiæ.* 173.
- Constitutio, ex qua parte teneatur operarius respondere ornamentis Ecclesiæ.* 172.
- Prouisio, quòd procuratores ornamentorum recipiant iura sua in possessionibus dignitatum.* 173.
- Constitutio, quòd nullus admittatur ad possessionem, nisi prius ostēdat titulos in publica forma.* ead.
- Constitutio de non commodandis extra Ecclesiam pannis auri, & alijs ornamentis Sacristiæ.* ead.
- Constitutio de nō extrahendis pānis de raz dictis extra Eccle.* 174.
- Constitutio, de pannis de brocat, quibus commodari possint.* 175.
- ¶ *Titulus XII. de his quæ spectant ad immunitatem Ecclesiæ.* 176.
- Bulla Eugenij Papæ de preferendis naturalibus in affecutione beneficiorum extraneis.* ead.
- Trasumptum Epistolæ Margaritæ Reginæ Aragonum, ad Episcopum, & Capitulum missæ, vnà cū certis sanctorū reliquijs.* ead.
- Bulla Pauli III. cōfirmatoria gratiarū Eccle. Valen. cōcessarū.* 177.
- Constit. quòd nullus notarius possit recipere acta intus Eccle.* 178.
- Bulla per quam in Ecclesia tempore interdicti possunt admitti ad diuina aduocati, syndici, & scribæ.* ead.
- Constitutio super confugientibus ad Ecclesiam.* 179.
- Constitutio de non recipiendis confugientibus ad Ecclesiam in capitulo, nec in sacristia, sed in locis ad id deputatis.* ead.
- ¶ *Titulus XIII. de anniuersarijs.* 180.
- Con-

I N D E X.

- Constitutio de collectoribus anniuersariorum, & eorum salario,
& de priuilegio altaris capelle maioris. ead.
- Constitutio, quòd fructus beneficij vacantis per dimidium anni ac-
crescant anniuersarijs. eadem.
- Constitutio de recuperandis medijs annatis beneficiorum quæ per-
tinent ad anniuersaria. 181.
- Oratio, quòd Missa pro defunctis perpetuò celebretur in Sede,
& fiant quattuor anniuersaria sine distributione. ead.
- Celebratio quattuor anniuersariorum generalium. 182.
- Oratio de percatijs S. Petri, quoad anniuersaria eiusdẽ. ead.
- Oratio, quòd anniuersaria, & duplẽ punctentur. ead.
- Constitutio super ordine anniuersariorum, & processionum parti-
cularium pro defunctis in Ecclesia, quæ S. Petri dicuntur. 183.
- Constitutio super anniuersarijs reducendis ad vnũ nocturnum. ea.
- Bulla sacre pœnitentiariæ cõfirmatoria præcedẽtis cõstitutionis. 184.
- Constitutio de anniuersarijs, & beneficijs instituendis in Sede, &
alijs Ecclesijs Parochialibus. ead.
- Constitutio, quòd clerici sint in absolutionibus generalibus. 185.
- Prouisio, quòd Missæ defunctorum celebrandæ distribuantur per
armarierum inter beneficiatos. 186.
- Constitutio super anniuersario Canonici defuncti. ead.
- Constitutio super reductione anniuersariorum perpetualium Ec-
clesiæ Valentinae. ead.
- Constitutio super reductione Missarum, & anniuersariorum Ec-
clesiæ Valentinae. 178.
- ¶ Titulus XIII. de sepulturis & exequijs genera-
libus. 190.
- Cõstitutio de Prelatis, & Canonicis intra domũ Cap. tumulãdis. ea.
- Constitutio de illis qui volunt intra Ecclesiam tumulari. ead.
- Constitutio de solemnitate fienda in sepulturis. 191.
- Constitutio quòd pulsentur cimbala solemniter pro parentibus ca-
noni-

INDEX.

- nonicorum, Præpositorum, ac Dignitatem habentium, & pro
 officialibus Regis. 192.
 Constitutio super pulsatione campanarum pro parentibus Cano-
 nicorum. ead.
 Constitutio, quòd fiat dicta pulsatio pro Gubernatore, & Baiulo
 generali. 193.
 Constitutio de sepulturis canonicorum. ead.
 Constitutio, quòd cadauer canonici non per canonicos, sed per be-
 neficiatos deferatur ad sepulturam. 194.
 Constitutio, à quibus deferatur cadauera canonicorum ad sepul-
 Constitutio de coadiutoribus Canonicorum, quoad sepulturã. 195.
 Ordo seruandus in sepulturis Dignitatum, & Præpositorum, non
 canonicorum. ead.
 Ordo seruandus in sepulturis beneficiatorum. 196.
 Constitutio de sepulturis, & exequijs generalibus. ead.
 Constitutio salarij scholanorum pro pulsatione campanarũ. 197.
 Constitutio declaratoria alterius constitu. super exequijs gen. 198
 Constitutio augmenti portionis pro canonicis in exequijs gen. ead.
 Cõstitutio alia super augmẽto portionis canonicorũ in exequijs. ea.
 Prouisio, q̃ in funerarijs genera. armarierus capiat cereos sex. 200
 Consti. super dãdis portionibus cãtoribus Eccl. in exequijs gen. ead.
 ¶ Titulus XV. de subsidijs papalib. 201.
 Constitutio de taxatoribus, & collectoribus subsidij, & decimæ
 papalibus. ead.
 Constitutio, quòd prædicti taxatores, & collectores exerceant per
 se officium, & non per substitutos. 202.
 Constitutio super allegantiibus priuilegia, & exemptiones in solu-
 tione subsidiorum, & aliorum onerum. ead.
 Constitutio super collectoribus subsidiorum quartæ decimæ. 203.
 Constitutio, quòd hæredes Canonicorum, seu detentores huius libri
 decedẽtib' illis, teneantur ipsũ restituere Archiuery, Cap. 204.

EPI-

EPITOME, SIVE
 COMPENDIUM OM-
 nium constitutionum Ecclesie
 Valentinae.

Titulus I. de distributio-
 nibus in communi.

¶ *Constitutio prima distributionum Ecclesie
 Valentinae.*



HAEC constitutio continet donatio-
 nem factam per Episcopum, & Capitu-
 lum de quibusdam fructibus decimali-
 bus, quos possidebant in locis, oppidis,
 & territorijs ibidem expressis, in fauo-
 rem Ecclesie, pro dotandis, atque au-
 gendis distributionibus eiusdem; diuidendis inter Cano-
 nicos, qui tunc erant numero viginti, & alios Ecclesie offi-
 ciales numero decem: nempe Hebdomadarios quattuor,
 Diaconos, & Subdiaconos quattuor; succentores duos;
 necnon Vicarium sancti Petri. Ac insuper quantum vni-
 cuique ex praedictis, quotave portio pro singulis horis ero-
 gabatur interessentibus, exprimitur. Quin & modus colli-
 gendi eiusmodi fructus, & in distributiones conuertendi;
 necnon absentium portiones praesentibus accrescendi, or-
 do dis-

do disponitur: ac insuper quibus maximè diebus solenni-
bus eiusmodi portiones, duplas dici solitas, inter præsen-
tes diuiderentur, forma proponitur. Postremò duo proba-
tæ fidei clerici eliguntur, qui quotidie pro residentia illo-
rum exigenda, & præsentés notent, & absentes pungant,
& reliqua ad id necessaria officia exerceant: pro quibus
assignata ibidem sibi salaria accipiant; aliaque etiam, ad
eiusmodi distributiones colligendas, & diuidendas perti-
nentia, caueant & obseruent. Quæ constitutio per Episco-
pum, & Capitulum de communi consensu edita & iurata
fuit; ac per Archiepiscopum Tarraconensem, tanquam
Metropolitanum, confirmata. Actum Valentia, in Capi-
tulo Paschali. 7. Idus Aprilis. M. ccc. xxxiiiij. Ex imp. fol. i. a.

¶ *Constitutio de distributionibus, præcedentem corroborans.*

Raimundus Episcopus anno domini M. ccc. xxxviiiij.
vnà cum honorabili Capitulo, præsentí constitutio-
ne confirmarunt præfatam donationem de distributioni-
bus inter Canonicos & officiales diuidendis, ultra eas,
quæ in præcedenti constitutione assignatæ fuerunt unicui-
que ex dictis singulis horis, in certa quadam ibi expref-
sa portione & augmèto. Ad hæc duplæ distributionum in
eadem constitutione expressæ inter eosdem diuidendæ, ex
caussa reducuntur ad certam summam unicuique singulis
diebus erogandam. Demum nonnulla alia habentur nul-
lius ferè considerationis, atque à quotidiano, ac præsen-
ti usu Ecclesiæ, vt videre est, satis aliena. Quæ fuerunt
acta in Capitulo Paschali mense, & anno præfixis. Ex im-
press. fol. 3. b.

¶ *Constitutio de augmento distributionum Ecclesiæ.*

Simi-

Similiter per hanc constitutionem ab eodem Raimundo Episcopo, & Capitulo confirmantur, tam donationes fructuum prædictæ, quàm eorundem distributiones inter Canonicos & officiales diuidendæ, in duabus præcedentibus constitutionibus expressæ. Necnõ propter augmentum, & exerescentiam fructuum, adduntur etiam, atque augentur portiones ultra prædictas, vnicuique illorũ in certa ibi expressa quantitate, pro singulis horis, diuinis officijs interessentibus. Denique nonnulla alia cauentur à præsentis Ecclesie vsu aliena. Act. in Capitulo Paschali, xiiij. Kalen. Madij, anno M. ccc. xxx. Ex impress. fol. 4. b.

¶ Constitutio de augendis & non alienandis redditibus distributionum Ecclesie.

HAc etiam constitutione iurata ab eodem Raimũdo, & Capitulo, confirmatæ fuerunt præcedentes constitutiones de dotandis, & augendis, atque nullo vnquam tempore alienandis, neque in alios vsus conuertendis redditibus, siue prouentibus ad dictas distributiones pertinentibus. Quinimmo crescentibus fructibus, distributiones quoque fore augendas decernitur. Addito quòd si fructus decreverent ob sterilitatem, aut alios casus, possint etiam Episcopus vnà cum Capitulo de distributionibus aliquid subtrahere, & ab illorum perceptione amouere personas aliquot ad illas antea admittas. Acta in Capitulo Paschali. 4. Nonas Aprilis, anno M. ccc. xlv. Ex impress. fol. 5. b.

¶ Constitutio de distributionibus, à Canonicis, & officialibus recipiendis.

A 2 Hac

Epitome Constitutionum

HAc etiam constitutione statutum fuit, vt ex accremēto, & augmentatione, tam ex vnionibus, & incorporationibus per Sedem Apostolicam mensæ capitulari factis de septingentis quinquaginta solidis, singulis annis persoluendis in festo omnium sanctorum, à quolibet præposito, quàm etiam ex fructibus præposituræ mensis Octobris eidem mensæ perpetuo, eadem auctoritate, vnitæ pro distributionibus Ecclesiæ, de cetero portiones Canonorum (qui iam tum erāt viginti quatuor) & præfatorum decem Officialium, actu horis diuinis interessentiū, augerentur, prout auctæ fuerunt, modo & quantitate ibi expressis. Necnon de emolumentis, quæ supererūt ex absentia Canonorum, & officialium, constituerunt fieri duplas in certis festis solemnibus inter eosdem Canonicos, & officiales diuinis interessentes diuidendas; & si quid vltra superesset, id quoque in fine mensis cuiusq. inter eosdem interessentes diuideretur. Insuper eadem cōstitutione fit creatio pedis canonicalis de mille libris. Demum fuit ordinatum, vt Canonicus nouus nihil recipiat ex duplis, nisi per sex menses continuos resederit in Ecclesia. Cui decreto iam pridem mandato Apostolico derogatū est, neque amplius est in usu. Act. 30. Iunij. M. cccc. xxix. Sede pastore carente. Ex impress. fol. 7. a.

¶ *Ordinatio super duplis accrescentibus Canonicis.*

Domini de capitulo vnanimis & concordēs ordinarunt super distributione duplarum Sedis Valentinię, quòd Canonicis accresceret vnus denarius pro qualibet hora diuina, ac etiam beneficiatis dictæ Ecclesiæ
accres-

acrescat obolus pro quavis hora diuina, etiam in matutinis horis. Aet. decimo tertio mēsis Aprilis. Anno cccc. xij. Ex imp. fol. eo. a.

¶ *Præfatio constitutionum à domino Vgone Episcopo Valentia editarum.*

Constitutio prima domini Vgonis Episcopi Valentini, per quam idem omnes alias constitutiones per Episcopos prædecessores suos editas in vnum corpus se velle colligere asserit. In quibus nonnulla correxit, pleraque immutauit, innouauit, eaque coniunxit cum constitutionibus à se editis: quas graui, ac pereloquenti proœmio præmisso, vniuersas ipse primus in ordinem redegit, & in locos communes digessit. Nam primo loco posuit constitutiones, quæ spectant ad Canonicos, secundo quæ ad dignitates: tertio, quæ ad præposituras: quarto, quæ ad reliquos beneficiatos, & personatus Sedis. Ex imp. fol. 8. a.

¶ *Constitutiones duæ Vitalis Episcopi, super decimis, & præposituris.*

Prima constitutio domini Vitalis Episcopi, anno domini M. ccc. lx. cum honorabili Capitulo edita, continet, quòd decimæ non vendantur, nec arrendentur, aut modo aliquo concedantur dominis locorum, seu Procuratoribus, Curatoribus, Tutoribus, & administratoribus eorundem, in quibus huiusmodi decimæ percipiuntur: & est iurata. Altera verò continet, quòd arrendatores præpositurarum, vel alicuius ipsarum, dare habeant fideiussores in ciuitate habitantes, de faciendo seruitium & one

A 3 ra per-

ra persoluenda, ad quæ præpositura ipsa arrendata est a-
stricta, aliàs est ibi excommunicationis sententia lata, sub
eisdem mense, & anno. ex impress. fol. 81. b.

*¶ Bulla, quòd de distributionibus, & Anniuersarijs Eccle-
siae Valentinae non exigatur decima
nec subsidium.*

DE mādato sanctissimi domini Benedicti Papæ XIII.
viuæ vocis oraculo, Ludouico Episcopo Maiorice-
si factò, generali collectori subsidij, & decimarum Came-
ræ Apostolicæ debitarum in prouincijs Tarraconensibus
& Cæsaraugustanis; necnon subcollectori in Valentina ci-
uitate, & diœcesi consistenti mandatur; ne de cætero, ra-
tione subsidij impositi & imponendi, necnō decimarum,
quæ leuantur, aut in posterum leuabūtur per sedem Apo-
stolicam, nihil ex nunc petant, aut exigere permittant à
venerabili Capitulo Valentino ex redditibus, quæ pro
communibus distributionibus quotidianis, & anniuersa-
rijs dantur in choro Ecclesiæ Valentinae interessentibus.
Dat. Valentia septima Iulij M. cccc. v. Pontificatus præfa-
ti Benedicti Papæ anno xxj. ex impress. fol. 17. a.

*¶ Constitutio permutationis factæ inter Episcopum, &
Capitulum super decimis de Garchio, &
Chullella, cum certa quantitate
super decimis de Al
Zira.*

Iacobus Episcopus, & Capitulum Valētinum, ad quos
decimæ, & territoria oppidorum de Chullella, & de
Garchio

Ecclesia Valentina.

7

Garchio ex donatione Regia cum omnibus iuribus, & pertinentijs suis ex æquo, & pro dimidia pertinebant: Inita inter ipsos concordia, Capitulum mediam partem dictarum decimarum ad se pertinentem, Episcopo, eiusque iurisdictioni in totum tradit; omneque ius suum in illum transtulit; permutatione facta pro septem mille solidis eidem Capitulo pro distributionibus, sibi annuatim soluendis, super decimis oppidi de Alzira: illisque auctoritate propria leuandis & exigendis, & in dictas distributiones cōuertendis; franchis & quitis, & absque omni onere expensarum percipiendis. Quæ constitutio, seu permutatio auctoritate Apostolica confirmata fuit ad perpetuam rei memoriam, per Gregorium Papam vñ decimum, sub Dat. Auinnione, nonas Iulij, Pontificatus eius anno tertio. Cuius virtute Bullæ permutatio facta fuit. Hoc saluo, & retento tamen, quòd si contigerit aliquem, vel aliquos de dicto Capitulo, grauibus de causis habere recursum ad alterum ex dictis castris de Chullella, & de Garchio, aut aliquo ex casu ad illa confugere; quòd Alcaydi eos benignè recipiant, tutentur, atque vt dominos tractare debeant. Quæ fuerunt acta Valentia in Sede Valenti

na, septima mensis Iunij, anni

M.ccc.lxxiiij. Ex impref. fol. 42. b.



A 4

Titu-

Titulus II. de his quæ spe-

Etant ad Canonicos & Capitulum.



¶ Constitutio, per quam instituuntur viginti Canonici.



Nazpertus Episcopus Valentinus, nono Kalen. Martij, anno Dñi. M. cc. lxxix. vnà cum Capitulo; viginti Canonorum numerum instituerunt, neque vltra præfatum numerũ augeri, neq. in Canonicũ admitti posse quenquã iurarũt; Salua tamen in omnibus Sedis Apostolicæ auctoritate. Ac insuper prouiderunt quòd Canonici expectãtes, à voce in Capitulo, portione canonica, domibus capitularibus, præposituris, personatibusque fiant alieni, donec actu accipiant præbendam, & sint de numero assignato. H V G O. nec possint petere, quòd ad audiendos tractatus aliquos Capituli, vel ad distributiones aliquas admittantur. Ex impress. fol. 8. b.

¶ Creatio quattuor Canoniatuum presbyteralium.

Constitutione Raimundi Episcopi, & Capituli, edita anno domini M. ccc. xlv. vltra numerum viginti, de nouo creati sunt quattuor Canonatus, siue præbendæ in Ecclesia Valentina, presbyterales dictæ, quæ dotatae fuerunt ex bonis, siue decimis plurimorum locorum, tũc ab eodem Raimundo Episcopo de manibus laicorum ere-

Ecclesie Valentinae.

9

ereptis, recuperatisq; ac mensæ Episcopali acquisitis. Quæ dotatio facta est sine præiudicio & onere Præpositorum, & aliarum dignitatum siue personatum Ecclesiæ; cum & vestiarium, & prima mensis solui soleant prædictis quatuor Canonicis, non ex præposituris, sed de mensa canonicali, cui præfatæ decimæ ad dotandum fuerunt vnitæ, & incorporatæ. Ideoque in omnibus æquales sint, atque in omni iure percipiendi, & omnes Canonicales actus in Capitulo, & Ecclesia exercendi, habeantur pares reliquis viginti Canonicis; sintque presbyterales, ita vt nisi presbyteri actu eas obtinere non possint: quodque personaliter in Ecclesia residere; idque iurare in admissione teneantur. Quorum etiam quattuor Canonicatum seu præbendarum collatio, siue prouisio in solidum ad Episcopum, eiusque successores perpetuò pertineat. Quæ constitutio siue creatio canonicatum, atque præbendarum quattuor, bullâ Apostolicâ Clementis Papæ VI. fuit confirmata, & per dictum Raimundum Episcopum (cui etiam commissa) fuit executioni mandata. Quæ acta fuerunt pridie idus Decembris, anno M.ccc.xlv. Ex impress. fol. 9.a.

¶ *Constitutio, per quos creentur Canonici deficiente numero.*

STatuit Ferrarius electus Episcopus Valentinus, in primitiua ordinatione Ecclesiæ, facta nono Kalen. Iulij, anno domini M.cc.xl. vt Canonici in Ecclesia Valentina, eligantur de communi cōsensu Episcopi & Capituli. Id intellige, exceptis quattuor Canonij & præbendis presbyteralibus per Raimundum Episcopum creatis: cum illarum ad solum Episcopum spectet collatio. Ex impress. fol. 12.b.

A 5 *Consti-*

¶ *Constitutio de portione Canonica, & vestiario.*

AB eodem Andrea Episcopo, & Capitulo, Kalen. Iulij, anno M. cc. liiiij. statuitur, vt absens Canonicus caussa studij, de licentia Episcopi, quoad portionem Canonicam, & vestiariũ pro præfenti habeatur. Et quòd nõ residens in Ecclesia per octo menses anni, vestiarium non habeat. Item statuitur ab eisdem, vt Canonicus caussa studij, de licencia Episcopi, ad scholas accedẽs habeat, & percipiat Canoniam suam integrè, & libere tanquam residens cum vestiario suo, quamdiu in scholis resideat: pro uiso tamẽ quod dimittat ipse vnum clericum in Ecclesia, qui seruiat in ea loco sui, clericali tamen in ordine, ne Ecclesia numero deseruientium defraudetur, aut minuatur. Item statuitur, vt quicumque Canonicus in ciuitate, aut diocesi Valentina existens, per octo menses, licet non cõtinuos, residentiam personalem non fecerit in Ecclesia, vestiario suo penitus careat eo anno, nisi propter negotia Capituli fuerit absens, de ipsius Episcopi, vel Capituli licentia: cum tunc residens censeatur. H V G O. addidit, vel nisi vnus fuerit de duobus Canonicis, qui seruitio Episcopi assisterent. Ex impress. fol. eod. b.

I A Z P E R T V S Episcopus, anno M. cc. lxxix. præmissam constitutionem de studentibus loquẽs restringit ad illos, qui post receptionem in Canonicos, residentiam fecerunt per sex menses. Quam residentiam idem H V G O declarat fieri debere per sex menses continuos, saltem vnicuique ex horis canonicis, siue nocturnis, siue diurnis, in Ecclesia assistendo, necessitate tamẽ cessante, aut quia pro negotijs Ecclesiæ sit occupatus, quo casu quenquam pro præfenti haberi voluit. ibidem.

¶ *Con-*

¶ *Constitutio declaratoria præcedentis circa vestiarium.*

F Ratre Thoma Archiepiscopo, Vicarius generalis, & Capitulum, die vigesima septima mensis Aprilis. M. D. xlvj. Addentes cōstitutioni per Andream olim Episcopum editæ circa vestiarium Canonorum, atque eam declarantes, statuerunt, & ordinarūt, quod si Canonicus **ca**pta possessione sui canonicatus cōtinuè resideat in Ecclesia, licitè possit lucrari, & obtinere vestiarium, etiamsi nō fecerit residentiam antea per octo menses: etiamsi à die possessionis vsque ad mensem Madium, quo incipitur iuxta constitutiones annus, non fuerint completi octo menses; modò tamen continuet residentiam per octo menses post acceptam possessionem. Quæ constitutio similiter iurata fuit, & irreuocabilis, vno cōtradiciente. Act. vt supra.

¶ *Constitutio, quòd Canonici habentes præposituram recipiant vestiarium, excepta præpositura mensis Octobris.*

I N Capitulo Paschali Roderico Cardinale Episcopo Valentino, Capitulum statuit constitutione iurata, vt omnes Canonici præbendati, qui obtinent præposituras, exinde recipiant vestiarium, sicut & cæteri Canonici non habentes recipere solent à dictis præpositis. Insuper ordinarunt, & statuerunt, vt exinde quotiescunq. præposituræ vacēt per cessum vel decessum, præpositi moderni soluāt, & soluere teneantur omnibus Canonis duplex vestiariū, excepta præpositura mensis Octobris, quæ iam est de mensa capitulari. Demum statuerunt ne quispiam prouisus ad possessionem præposituræ admittatur, quin prius

prius præsentem constitutionem obseruandam iuret.
Act. sexta Aprilis M. cccc. lxxviii. ex imp. fol. 19. b.

Constitutio de Canonicali & alijs portionibus.

Constitutione fratris Andreæ Episcopi anno M. cc. quinquagesimo nono declaratur quòd Canonici præbendati recipiant in Canonica portione quindecim denarios vltra duodecim, quos antea recipiebant. Item quòd Canonici habeant duodecim festa duplicia in anno in quibus dictorum quindecim denariorum portio duplicetur: quæ festa vltima die cuiuslibet mensis celebrentur. Item statuerunt quòd portio canonicalis quindecim denariorum detur fabricæ Ecclesiæ, & Episcopus det quoque aliam similem, aut si libuerit maiorem, eidem Ecclesiæ. Item quòd duæ portiones, scilicet duodecim denariorum pro qualibet, dentur quotidie ad expensas communes Capituli, ad causas & negotia illius pertractanda, & illas recipiat vnus Canonicus, qui distribuatur, & computum reddat Capitulo in fine anni. Residuas autem expensas Capituli teneantur facere præpositi Ecclesiæ, vt in erectione præpositurarum cõtinetur. Act. vt supra. ex imp. fol. 13. b.

¶ *Constitutio declaratoria de absentibus, qui portionem quotidianam possunt accipere.*

Iazpertus Episcopus, & Capitulum constitutione sanxerunt, ne quotidiana portio de cætero concedatur absentibus, nisi ei solummodo, qui pro Ecclesiæ utilitate non pro suo tantum priuato commodo, de mandato eorundem Episcopi & Capituli ad alium locum destinetur.

Tam-

Tametsi per hanc constitutionem nulla est intentio derogare in aliquo his, qui licentiam à domino Episcopo habentes in scholis vestiarium, & canonicam portionem recipiunt: neque duobus etiam Canonicis Episcopum associantibus præiudicium facere. Acta fuerunt hæc viij. Idus Augusti, anno M. cc. lxxxj. Ex impress. fol. 13. a.

¶ Constitutio, quod Canonici absentes tempore pestis recipiant portionem canonicam, & vestiarium.

Die sexta Aprilis M. cccc. lxxvij. Reuerendum Capitulum decreuit, vt quicumq. Canonicus tempore pestis à præsentis ciuitate seu diœcesi recedere voluerit, recipiat portionem canonicam, & vestiarium integrè, perinde ac si resideret in dicta ciuitate, & diœcesi, vel in aliquo suorum beneficiorum. Ex imp. fol. 20. a.

¶ Constitutio super portione quam accipiunt absentes propter pestem de distributionibus canonicalibus.

Roderico Cardinale & Episcopo, Capitulum statuit, & ordinauit, quòd si contingat ciuitatem Valentiam pestilentia opprimi, & ciues ex ea recedere. Canonici qui abesse, & fugere voluerint, recipiant de distributionibus canonicalibus tantum tres solidos quotidie, & residuum accrescat præsentibus. Idque donec pestilentia cesset, ciuesque & optimates reuertantur; & tunc fiat monitorium Canonicis absentibus, vt infra mensem reuertantur: In valuis Ecclesie affigendum; quo mense elapso, dicta gratia, & por-

& portione gaudere non valeant. Ibidem.

B V L L A Innocentij Papæ octauæ confirmat prædi-
ctam constitutionem, ac etiam constitutionē solatij vnus
mensis. Sub dat. Romæ anno M. cccc. lxxix. Ibidem. b.

¶ *Ordinatio, quòd Canonici qui propter inimicitias,
seu bandos timent ad Ecclesiam venire, reci-
pian distributiones quotidianas,
& idem pro bene-
ficiatis.*

L Vdouico Cardinali & Archiepiscopo, Capitulum
de communi consensu, iurata constitutione, decreue-
runt, & ordinarunt, quòd quotiescunque contigerit Ca-
nonicos, & presbyteros in Ecclesia beneficiatos, causa
belli, contentionis, & rixarum, seu quæ (bandos) vulgari
sermone dicuntur, ad Ecclesiam non venire, sed domi ma-
nere, seu alio se transferre, dum tamen Canonici &
presbyteri prædicti, principales belli, contentionum, & ri-
xarum non fuerint, neque illis causam dederint, habeant,
& recipiant distributiones dictæ Ecclesiæ; illas videlicet,
quas recipere consueuerant personaliter ad Ecclesiam ve-
nientes. Act. tertia Mensis Februarij, anno M. D. iij. Ex
impress. fol. 24. a.

¶ *Constitutiones diuersæ editæ sub vno Capitulo Pa-
schali super administratione distributionum
canonicalium.*

I N hoc Capitulo Paschali, Sede pastore carente, statu-
ta varia, & ordinationes sunt editæ per Reuerendum
Capi-

Capitulum, respicientes administrationem distributionum canonicalium; & præcipuè super solatio, & partitione quantitatum, quæ ex redditibus distributionum prædictarum superesse solent. In primis facta fuit enumeratio, & summa omnium censualium quibus capitularis mensa onerata est, quæ accepit ad effectum expediendi vniones præpositurarum, quæ de præsentia auctoritate Apostolica vnitæ & redintegratæ fuerunt eidem mensæ capitulari, atque ex hoc multò vberior, locupletior reddita est. Necnon facto computo, quinam ex dictis censualibus, & quot sint, ac quibus Ecclesie administrationibus debeantur, fit declaratio. Quin & mandatur, vt ex redditibus canonicalibus certa quædam annuatim portio sumatur ad effectum luendi, & quitandi quotannis præfata censualia. Prætereà assignatur quantitas portionis canonicalis quotidiana unicuique Canonico & officialibus altaris maioris, & chori dari solita. Insuper designatur quantitas, quàm administrator canonicalis habere tenetur pro pede & fundamento dicti canonicalis; & quæ ad id facere & præstare debeat dictus Administrator; quotumque sit eius salarium, & ad quæ alia onera teneatur, & obligatus sit, ostèditur. Ad hæc declaratur super excrementijs & residuis quantitibus, quæ superesse solent ex administratione canonicalis annuatim; & quomodo computandum sit solatium, significatur. Postremò, quantitas quædam, quæ ex dicta administratione supererant inter Canonicos præsentis diuiditur. Et Capitulum Paschale, vt moris est, prorogatur. Act.

die xiiij. Aprilis, anni M.D.lxiiij.

Ioanne Alamany notario
& scriba.

¶ Consti-

*¶ Constitutio super modo distribuendi canonica-
lem portionem.*

Illustris. D. D. Ioānes de Ribera, Patriarcha & Archiepiscopus, cum Reuerendo Capitulo, statuerunt, & ordinarunt, quòd nullus ex Canonicis, siue præsens, siue absens fuerit à ciuitate, possit, aut valeat habere, vel accipere solatium interpollatum, nisi prius se Ecclesiæ reuniendo; quibusuis cōsuetudinibus hactenus vsitatis in aliquo non obstantibus. Ac insuper prouiderunt, quòd singulis diebus dentur siue erogentur vnique Canonico residēti, aut solatium habenti, duodecim solidi pro distributione canonicali, comprehensis sex solidis ex prouisione dicti Capituli Paschalis. Et residuum dictorum reddituū, & distributionū canonicalium, exceptis duplis, deducto dicto augmento, detur, & erogetur diebus dominicis, iuxta dictæ prouisionis seriem, continentiam & tenorem. Act. in Capitulo Paschali, xxix. Aprilis, M. D. Lxxiiij. Petro Lopez scriba Capituli.

*¶ Constitutio super distribuendis quantitatibus que
supersunt ex redditibus canonicalibus.*

Ioanne de Ribera Archiepiscopo, eius Vicarius generalis, & honorabile Capitulum, prouiderunt & ordinarunt, quòd nullus de cætero Canonicus participare possit, neque recipere partem aliquam de eo quòd superfuerit ex redditibus canonicalibus annuatim; nec possit gaudere tempore solatij anni sequentis, quantumcumque præsens fuerit in dicto Capitulo Paschali, & in primo die mēsis Maij in Ecclesia, nisi prius Ecclesiæ personaliter deseruerit,

uierit, per tempus duorum mensium, in quibus non computetur tēpus solatij, quod antea acceperit, exceptis qui in vniuersitate aliqua studēdi gratia resederint, aut pro negotijs propriis Ecclesiæ de mādato Capituli absentes fuerint. Act. in capitulo Paschali. xxix, Aprilis, anno M.D. lxxiiij. Petro Lopez scriba capituli.

¶ *Constitutio de portionibus absentium Canonicorum quomodo diuidi debeant inter præsentes intereßentes.*

HÆc constitutio, quā cauetur, quòd distributionēs absentium accrescant præsentibus, & quòd diuidantur qualibet die, abrogata est per aliam superius positam, qua cauetur quod non qualibet die, sed vnoquoque mense diuidantur inter præsentes, & residentes in Ecclesia, ea ipsa die, qua fiet diuisio. Quæ constitutio præcedēs edita fuit die vicesima Aprilis. M.D. lviiij.

¶ *Constitutio super accrescentia distributionum canonicalium.*

FRatre Thoma de Villanoua Archiepiscopō, eius Vicarius generalis cum Capitulo statuerunt, quòd Rationales Ecclesiæ teneantur recipere compotum à procuratore distributionum canonicalium ante diem festum sanctissimi corporis domini nostri Iesu Christi, ad effectum, vt quod supererit teneatur procurator diuidere inter Canonicos, qui habuerint partem portionis, iuxta constitutionem editam die quarta Aprilis anni M.D. liij. in Capitulo Paschali. Quæ constitutio irreuocabilis est vno contra-

B dicen.

dicente. Act. die iiii. mensis Aprilis, M. D. liij.

¶ *Constitutio super diuisione laudimiorum
canonicalium.*

Eodem Thoma Archiepiscopo, Vicarius generalis, & Capitulum addentes constitutioni de laudimijs Canonicorum, statuerunt, & ordinarunt, quòd in laudimijs præfatis firmandis, in ciuitate ipsa, laudimia diuidantur inter dominos Canonicos residentes Valentia, in die firmæ dictorum laudimiorum. In laudimijs verò Setabis, & Algezira eiusdem administrationis, diuidantur in festis Natiuitatis Domini nostri I E S V Christi, inter eosdem Canonicos interessentes, vt dictum est. Quæ constitutio irreuocabilis est vno contradicente. Act. xx. Octobris. M. D. liij.

¶ *Constitutio super portione Canoniorum
in processionibus.*

Eodem Thoma Archiepiscopo, Vicarius generalis, & Capitulum constituerunt, & ordinarunt, quòd de cetero in processionibus, tam ordinarijs, quàm extra ordinarijs, quandocunque extra Sedem Canonicos processionaliter exire continget, soluatur vnique ultra tres solidos solui consuetos, alij tres solidi actu interessentibus, ratione suæ præsentia, eundo, & redeundo: absentibus vero, siue causa infirmitatis, solatij, bandositatis, aut officiorum, tantum dentur tres solidi, propterea quòd in processionibus omnino necessaria est præsentia. Act. xx. Aprilis. M. D. liij.

¶ Cons-

¶ *Constitutio, quòd Canonici sint in sacris.*

HVgo Episcopus cum Capitulo, anno domini M.ccc. quinquagesimo secundo. xvij. die Aprilis constitutione sanxerunt de communi consensu, vt quicumq. Canonicus pleno iure fuerit cum assecutione præbendæ in Valentina Ecclesia receptus in Canonicum, infra annum à die receptionis computandum, legitimo impedimento cessante, se faciat ad minus ad Subdiaconatus ordinem promoueri. Quòd si non fecerit, absque alia monitione, citatione vel vocatione, per Episcopum Canonicatu priuetur, & loco eius per Episcopum, & Capitulum alius eligatur. Quam constitutionem Canonicos recipiendos, non iam receptos, comprehendere declararunt.

¶ *Constitutio de Canonicis, qui non sunt in sacris quid deseruendo lucrerentur.*

IOanne de Ribera Archiepiscopo, eius Vicarius generalis, & Reuerendum Capitulum, statuerunt, & ordinarunt, quòd quicumque Canonicus nondum in sacris constitutus, in ea tamen ætate fuerit, vt saltem ad Subdiaconatus ordinem promoueri possit, seque ad promouendum diligentiam adhibuerit: verùm aut Sede Pastore carète, aut alia honesta de causa, minimè promoueri potuit; de cætero idem diuinis officijs interueniens, ac residentiam in Ecclesia faciens, medietatè quarumcunq. distributionũ canonicalium, etiam duplarum percipiat, quas percipit quilibet Canonicus præbendatus in sacris constitutus, actu residens, donec ad Subdiaconatus ordinem fue-

B 2 rit

sententes fiunt omnes actus absque conuocatione absentium, addentes constitutioni, quæ supra continetur de modo recipiendi Canonicum. Statuerunt, quod Canonicus, cui auctoritate Apostolica, siue ordinaria de canonicatu & præbenda fuerit prouisum, etiam si fuerit in Subdiaconatus ordine constitutus, priusquam obedientia facta indénitatis iuramentum præstiterit, & ad osculum receptus, ac possessionem canonicatus, & præbendæ nactus fuerit, à tractatibus communibus, & voce Capituli, & receptione præbendæ, atque distributionibus dumtaxat sit exclusus. In cæteris omnibus pro vero, & præbendato Canonico habeatur. Insuper, ut quiuis Canonicus non actu præbendatus in sui receptione in Canonicum iurare teneatur, quòd Ecclesie Valentinae utilitatem procurabit, & damna pro posse euitabit. Acta fuerunt hæc in prædicto Capitulo Paschali. x. mēsis Iunij. M. ccc. lxxij. Ex impre. fol. 14. a.

¶ *Constitutio de Capitulo celebrando prima die cuiuslibet mensis.*

Rodericus de Borja Episcopus, de consensu Capituli, statuerunt, & ordinarunt quod Præcentor, & Succētores seruent omnia sibi ex officio incumbētia onera circa chori regimen, & alijs obseruari faciant, sub pœnis in ordinationibus, & consueta chori contentis: cū regimen chori ad Præcentorem, & eo absente, ad Vicarium generalem de Capitulo, & in eorum absentia, ad antiquiorem Canonicum, qui præsens in choro fuerit, spectet. Prætereà statuerunt & ordinarunt, quòd Canonici habeant celebrare Capitulum in prima die cuiuslibet mensis, eaq. impedita in secunda, aut tertia. Quo in Capitulo nihil aliud

B 3 tracta-

tractari debeat, nisi præcisè, & dumtaxat de regimine chori, & de capella maiori beatæ Mariæ, & de pulsatione campanarum, quodque vocentur ad id Hebdomadarij, Diaconi, Subdiaconi, Succentores, ac etiã Subsacrista; à quibus quærat de regimine chori, & alijs prædictis, & de scholaribus, quo pacto se habeant in custodienda Ecclesia, & si aliqua corrigenda sint, corrigant, & emendent. Et quòd in dicto Capitulo tunc temporis nulla alia negotia præterquàm quæ dicta sunt pertractentur, sub pœna periurij. Et quòd ea die per integram horam consistant in Capitulo quousque finiantur suprascripta negotia. Et quòd Canonici omnes qui fuerint præsentés in Ecclesia teneantur adire Capitulum sub pœna in constitutione contenta: ita vt si eorum quiuis adire recusauerit, careat portione illius horæ. Idem etiam ordinarunt obseruari in diebus Capitularibus, ac quotiescunque vocentur pro quibusuis negotijs facta Ecclesiæ concernentibus, sub eiusdem pœnis. Act. in Capitulo Sedis Valentiniæ, anno M. cccc. xx. Kalen. Martij. Ex impress. fol. 18. a.

¶ *Constitutio, quòd die xv. cuiuslibet mensis congregetur Capitulum, ubi Syndici reddant rationem negotiorum Ecclesiæ.*

M Artino de Ayala Archiepiscopo, eius Vicarius generalis, & reuerendum Capitulum statuerunt, & ordinarunt, quòd sicuti ex antiqua Ecclesiæ cõstitutione primo die cuiuslibet mensis capitulum absque cõuocatione præcedente, celebrari solet, quod prima mensis dicitur, in quo ad integrã horam vnã, nulla alia negotia præterquã ea, quæ ad bonum Ecclesiæ regimen dumtaxat pertinet pertra-

pertractantur: ita deinceps perpetuis futuris temporibus, etiam absque conuocatione præcedente, quintodecimo quoque die cuiusuis mensis, aut eo impedito in proximo sequenti die capitulū congregetur. In quo tã Reueren. dñi Canonici administratores, quàm Syndicus vnà cum alijs Syndicis & Subsyndicis Ecclesie teneatur assistere, ibiq. rationem reddere de omnibus Ecclesie negotijs, præsertim litigiosis, quæ gerunt: quoque in statu ea sint, diligenter exponere, vt ab vniuerso Capitulo ea, vt par est, intelligantur, atque consultius ijs, quæ gerenda sunt, provideatur. Ac quòd præterea cum sint plura forsan negotia, quàm quæ à præfatis Syndicis expediri possint, statuerunt etiam & ordinarunt, quòd per Archiueros Capituli fiat vnum memoriale omnium negotiorum Ecclesie, eorum maximè, quæ litigiosa sunt, & quòd per sortes, aut viua voce, vnicuique dominorum Canoniconum singula distributa negotia, singulo quoque mense gerenda commendentur, de quibus vnusquisque etiam eadem decima quinta mensis, vt supra dicitur, rationem sui pens reddere teneatur. Quæ constitutio iurata est, & vno contradicente irreuocabilis. Act. xvj. Aprilis, anno M.D.lxxvj. Ioanne Alamany, notario & scriba.

*Vno contra
dicente irreu-
ocabilis*

¶ Constitutio de secreto Capituli.

I Azpertus Episcopus, vnà cum Capitulo, annò M.cc. lxxxvij. Idus Augusti, statuerunt, quòd nullus de capitulo audeat ð cætero publicare, neq. reuelare, quæ duxerint nō esse reuelanda, alij vel alijs, qui de capitulo non existunt; sub excommunicationis pœna, sententia tunc promulganda: cuius sententiæ absolutionem sibi soli reseruauit dominus Episcopus. Declarantes huiusmodi sententiam,

B 4 mini

minimè ferri in eos qui non scienter, sed ex abrupto, ac neque deliberato animo secretum dixerint. Quæ sententia non modo fertur in Canonicos præsentés, sed in absentes etiam, postquam secretum sciuerint, & reuelaerint. H V G O adiunxit, reuelatores secreti intelligi eos, qui illis qui non sunt de capitulo secreta reuelant. Nam ijs qui sunt de capitulo capitularia communicare possunt negotia, nisi tale fuerit negotium, quod ipsos tangat: quocasueis non licet, sicuti nec alijs reuelare. Ex impress. fol. 13. b.

¶ *Constitutio de poena iuramentorum.*

D Omini de Capitulo præsentí decreto statuerunt, & ordinant, vt si clericus beneficiatus, si Canonicus, aut in dignitate positus, intus sacram Aedem, aut eius capitularem domum, per Dei aliquod membrum, eiusque virginis matris Mariæ iurauerit, & in similia verba, scilicet (Renech de Deu) proruperit, si clericus, aut beneficiatus fuerit, poenam quinque solidorum: canonici vero & in dignitate positi, poenam decem solidorum incurrãt. Quam poenam, siue multam per totam illam diem soluere teneãtur: quæ protinus in ornamentorum dictæ Ecclesiæ utilitatem conuertantur. Quòd si delinquentes soluere renuerint, excommunicationis sententiã ipso facto incurrant, vitenturque ab omnibus donec satisfecerint, neque aliter absolui possint. Ex impress. fol. 12. a.

¶ *Constitutio de modo votandi in Capitulo, & quod Canonici in Ecclesia, seu Capitulo non intrent cum armis.*

Rode-

Rodericus de Borja Archiepiscopus, & Capitulum statuerunt, vt cùm vota danda erunt super proposito negotio aliquo à Canonicis, quod Canonicus dum votum suum retulerit, nemo aliorum Canonicorum audeat referentem interpellare, donec votum suum ille plenè protulerit: qui secùs fecerit, expelli à Capitulo iubeatur; quod si exire renuerit, careat voce & voto. Præterea adijcimus, propter scandala & pericula, quæ euenire possunt, quod nullus Canonicus intus chorum, nec intra domum capitularem, cum armis offensiuis intrare audeat, sub dictæ pœnæ incursum. Ex impress. fol. eod. b.

¶ Constitutio de ordine, qui est habendus in apponendis votis per fabas in saccis.

Fratre Thoma Archiepiscopo, eius Vicarius generalis cum Reuerendo capitulo statuerunt, addentes superiori constitutioni de apponendis votis per fabas in saccis, quod de cætero nullus Canonicus in Capitulo præsens existens valeat votum suum per fabam alteri Canonico, vt in sacco reponat, tradere: quin potius illud per se ipsum apponat. Id, quod absenti à capitulo, in ciuitate tamen præsentis, conceditur; nempe vt votum suum alteri mandet in sacco apponendum. Demum, quod vota seu fabas huiusmodi per ordinem, scilicet, post dignitates, antiquiores Canonici & cæteri, vt fuerit ordo, in saccis reponant. Superiori constitutione aliàs in suo robore permãura. Quæ constitutio præsens iurata est, & vno contradicente irrevocabilis. Act. xxij. Maij, anni M. D. L.

Vno contradicente irrevocabilis

¶ Constitutio super dandis votis in Capitulo per fabas.

B 5

Tenor

Tenor huius constitutionis, quę facta fuit die 23. Maij M.D.l. habetur in superioribus, & subsequentibus constitutionibus; & ideo nunc intermittitur eius mentio tanquam superflua, ac pluries repetita.

¶ Constitutio alia de votis Canonorum, quot, & quo pacto concurrere debeant ad electionem capitularem.

FRācisco de Navarra Archiepiscopo, eius Vicarius generalis, & Reuerendum Capitulum statuerunt & ordinarunt, quòd de cætero quotiescunq. sit conferendum aliquod officium, vel beneficium, seu signum eleemosynę; quin & eleemosyna etiã, quę annuatim dari solet semel in quadagesima, tã pro redimēdis captiuis, quàm pro orphanis puellis maritandis, siue quodcunq. aliud negotiũ, quod cum votorum exhibitione siue per fabas, in sacco missas, siue per vota viua voce expressa, fuerit peragendum; sine tamen præiudicio aliarũ constitutionũ, per quas disponitur, quòd non tantũ maior pars capituli, sed duę ad minus partes ex tribus consentire, seu concordare debeant; ad maiorem illarum corroborotionem, decreuerunt, quod vt negotia prædicta melius decidantur, maior pars Canonorum ibidem in capitulo præsentium concordare in singulis eorum, & conuenire debeat. Quod in hunc modum voluerunt intelligēdum, vt si fiat conuocatio, & tractetur super electione, & nominatione personę ad cõferendum ei, vel officium, vel beneficium, vel signũ, vel eleemosynam, vt suprã dictum est, & vota canonicorũ diuisa in plures partes, nēpe in oppositores, per saccos distributas reperiantur, nec maior pars in vnum cõuenerit:

tali ca-

tali casu vota Canonicorum iterum, & secundò in saccos referantur. Quòd si iterum & secundò maior pars Canonorum presentium non concurrat in vnum super eodè negotio; iterum & tertio, vota referantur; hoc tamen seruato ordine, quòd hac vice tertia non possint concurrere nisi duæ tantùm personæ, quæ plura habuere vota in precedenti secunda votorum collatione; reiectis alijs minoris numeri. Vnde qui ex duabus concurrentibus personis hac tertia vice plura vota habuerit, hoc est maiorem partem ex omnibus Canonicis, censeatur electa, atq. eligi & nominari debeat per Capitulum. Quòd si æqualia vota habuerint, illa electa sit, & esse censeatur, cui Reuerendus Vicarius generalis cum suo voto adhæserit. Et similiter fiat in alio quouis negotio capitulari, quando vota sic sint diuisa, tunc canonici vota dare teneantur prius super vna sententia, seu opinione, & postea super alia, quoad vota maioris partis Canonorum in vnum conueniant. Quæ constitutio iurata est, neque reuocari potest vno contradicente. Act. die xv. Nouembris, anno M. D. lviii.

Vna contradicente irreuocabili

¶ *Constitutio de non captandis aliorum votis: & de absentibus quomodo vota sua dare possint.*

Illustris. D. D. Ioannes de Ribera Archiepiscopus Valentinus, & Patriarcha Antiochenus, vnà cum Reuerendo Capitulo, cõstitutione inter alia sanxerunt, in quouis negotio capitulariter tractando, atque per vota concludendo; quòd de cætero perpetuis futuris temporibus nullus Canonicus captare valeat per se, vel per interpositam personam, ab alio Concanonico suum votum; quòd si fecus fe.

cus fecerit, tam Canonicus captans, quàm dans votum huiusmodi, poenam excommunicationis latae sententiæ ipso facto incurrat. Id ipsum in prouisione signorum elemosynæ Denconesa seruari voluerunt. Ac insuper quoniã grauia, & magni ponderis negotia per Capitulum, Canonorum votis decernuntur, & propterea valde expediat quòd in recipiendis absentium votis cautiùs prouideatur. Statuerunt, quòd Canonici absentes à Capitulo teneantur vota sua in scriptis expressa tradere alicui ex Canonicis præsentibus, qui illa referat, neque aliàs eiusmodi vota admittantur, nisi de illis constet Vicario generali capitulari, aut cum instrumento publico, aut cū scriptura particulari, manu propria ipsius Canonici absentis scripta; sicque obseruetur: dum tamen votum committens, in ciuitate, aut illius suburbij legitimè impeditus existat. Si vero in Ecclesia existat, votum nemini cõmittere valeat. Act. die xxiiij. mensis Martij. M. D. lxxvj. Petro Lopez notario, & scriba.

¶ Constitutio super iurisdictione in Canonicos prębendatos delinquentes.

Iacobus Episcopus, & honorabile capitulũ constitutio ne iurata sanxerunt, quòd in inquirendis, puniendis, & corrigendis excessibus Canonorum prębendatorum iurisdictione omnis criminalis de & super quocũque crimine, vel delicto, criminaliter, aut ciuilitate, per viã accusationis denuntiationis, aut inquisitionis, ad instantiam partis, vel aliàs ex officio, quouis modo contra Canonicum prębendatum, ad Capitulum communiter, simul cum Episcopo pertineat. Ac insuper ordinarunt arrestationem, ac cuiusuis pœ-

uis pœnæ impositionem, in personam alicuius Canonici, seu bona ipsius, pro quocunque crimine seu delicto, criminaliter, aut ciuilitè, quouis modo intentando, aliaque in constitutione expressa faciendo, communia illa omnia esse debent Episcopo, & capitulo; & ad quemlibet ipsorum pro dimidia pertinere. Insuper ordinarunt Capitulum, seu personas ab eo deputandas, fore vnà & simul cum Episcopo, seu eius Vicario generali, aut Officiali, coniudices, & confessores ad iudicandum, & deliberandum in præmissis, seu eorum aliquo. Prætereà statuerunt, & ordinarunt causas ciuiles Canonorum spectare solùm, & insolidum ad Episcopum. Quæ facta fuerunt in palatio Episcopali, die xvj. Octobris, anno M.ccc.lxxxiiij. Ex impress. fol. 15. a.

¶ *Provisio, siue additio facta superiori constitutioni.*

Idem Iacobus Episcopus Cardinalis administrator vnà cum Capitulo eiusdem Ecclesiæ Valentiniæ constitutione iurata statuerunt, & ordinarunt, vt Episcopus, neque per se, neque per suos Vicarios generales, seu officiales, possit in Canonicum quemuis præbendatum procedere, accusando, denunciando, inquirendo, visitando, ex officio, seu ad instantiam Fiscalis, seu aliàs quomodocunque; nisi solùm ad instantiam partis priuatæ ac læsæ, excepto dumtaxat crimine hæresis. Act. suprædictis die & anno. Ex impress. fol. eod. b.

¶ *Conservatoria Ecclesiæ Valentiniæ Pauli Pape III.*

Bulla

BVlla Pauli Papæ III. conseruatoria nuncupata in fauorem capituli Canoniorum Ecclesiæ Valentinae concessa, per quam vniuersis singulis iudicibus per ipsum Capitulum nominandis comittitur conseruatio bonorũ omnium, iurium, fructuum, prouentuum, & aliarum quarumcumque rerum, ad mensam, fabricã, Capitulum, personas familiares, capellanos, officiales, & alios ministros ipsius Ecclesiæ, & Capituli pertinentis, & alias cum reliquis exemptionibus super eiusmodi conseruatorijs concedi solitis in forma. Sub dat. Romæ apud sanctum Petrum anno Incarnationis dominicę, M. D. xxxiiij. Quarto nonas Iunij, Pontificatus eiusdem Pauli anno secundo.

¶ *Bulla Clementis Papæ septimi confirmatoria constitutionum de coniudicibus.*

HAc bulla confirmat constitutionem superiùs positam de cõiudicibus, siue de exercitio in Canonicos præbendatos, estque constitutio, eiusque additio de verbo ad verbum inserta bullæ: ac quoniam illius tenor est paulò superiùs expressus, & auctoritate Apostolica confirmatus, hic non est repetendus. Fuitque Bulla expedita sub dat. Auinnione, iij. Nonas Aprilis. Pontificatus eiusdem anno decimo.

¶ *Alia bulla eiusdem Clementis confirmatoria earundem constitutionum.*

HAc secunda bulla idem Pontifex tollit omnem dubietatem motam super validitate prioris confirmationis constitutionum de coniudicibus, quas haberi voluit

Ecclesie Valentinae.

luit pro expressis, & tanquam à se editis. Sub dat. Auinnione, xvj. Kalendas Maij. Pontificatus eius anno decimo.

¶ *Bulla confirmationis gratiarum Ecclesie per Iulium Papam III.*

Iulius Papa III. præsentis bulla confirmat Apostolica auctoritate, omnes libertates, facultates, gratias, exemptiones, per eius prædecessores Ecclesie Valentinae concessas, & alias, prout in præcedenti summario Bullæ Pauli Papæ III. in fauorem eiusdem Capituli, & Ecclesie concessæ. Dat. Romæ, anno Incarnationis dominicæ. M. D. ljj. Pontificatus Iulij anno secundo.

¶ *Constitutio de his qui in Ecclesia, aut Capitulo conuitia proferunt, verbis, factisque iniuriosa.*

Rodericus de Borja Episcopus de communi consilio & consensu capituli, cupiens cum pace & charitate diuina Canonicos inter se agere, atque in primis vnicuique Canonico, secundum ordinem suæ receptionis, ita locum ei ad loquendum, & votum suum proferendum dare, cōstitutione etiã iurata sanxit, vt de cetero, si quis ex Canonicis in capitulo, aut in Ecclesia, in alterum Canonicum verba inhonesta contumeliosè protulerit, priuetur distributione vnus florini: si autem grauior increseat iniuria, *cominando* . aut turpissima verba proferendo, tunc ipso facto priuetur distributionibus vnus hebdomadæ, & per mensem à capitulari conuentu: nec possit hanc poenã remittere capitulum, sed accrescat ornamentis Ecclesie. Si verò temerario ausu Canonicus in Canonicum in capitulo,

pitulo, aut Ecclesia manus iniecerit violentas, aut distinxerit arma, cultrum, aut gladium, cominando: tunc præter remedia iuris, priuetur per annum distributionibus canonicalibus, & ab interuentu Capituli: neque habeat vocẽ, neque officium, etiam si pars iniuriata, aut cominata remiserit. Insuper voluit, atque districtè præcepit, cum eiusdem consensu capituli, quòd teneatur eiusmodi delinquens prædictas poenas soluere, & parère huic constitutioni, siue sententiæ iudicis, seu superioris, non ad instantiam iniuriati, sed de per se. Quòd si recusauerit, fertur ab Episcopo nunc pro tunc, & è contra in eum excommunicationis sententia in his scriptis. Præcipientes cæteris Canonicis quòd eum euitent, sub poena excommunicationis, nec possit capitulum dictas poenas remittere. Act. supra dictis die, & anno. Ex impress. fol. 18. b.

¶ *Constitutio, quòd Canonici qui sunt præsentés possint quolibet anno accipere solatium vnus mensis.*

ANno M. cccc. lxxix. vndecima mensis Martij. Capitulum constitutione iurata statuit, & ordinauit, quòd de cætero liceat vnicuique Canonico, qui in Ecclesia præsens seruire inueniatur, quolibet anno per vnum mensem, continuum, aut per interualla, prout elegerit, recreationis, aut solatij gratia, ab ipsa Ecclesia Valentina abesse. Et qui Rector fuerit alicuius Parochialis Ecclesiæ, caussa visitandi suam Ecclesiam, si absens à nostra fuerit, & extra ciuitatem saltem vltra dimidiam leucam, fructus, & quotidianas distributiones canonicales, diurnas tantum, percipere possit, quas præsens recipere consueuerat. Quæ constitutio confirmata est auctoritate Apostolica per Bullam
Inno

Innocentij Papæ VIII. sub dat. pridie Idus Iunij, anni M. cccc. lxxxix. Pontificatus anno quinto. b. Act. quo supra die & anno. Ex impress. fol. 20. a.

¶ Constitutio, quo die & mense annus incipiat.

Postmodum eodem anno duodecima mēsis Augusti, ijdem dñi de Capitulo ordinarunt, quòd vnusquisq. Canonicus à die præsentis, vsque per totū mensem Aprilis proximè sequentem, possit eligere mensem solatij iuxta formam constitutionis: Attento quòd abinde anno quolibet, mensis & annus incipere debent prima die Madij, vt est moris ac consuetudinis Ecclesie Valentinae. Ex impress. fol. 21. b.

¶ Constitutio, quòd Canonici accipiant quolibet anno solatium quattuor mensium.

ERardo de la Marcha Archiepiscopo, Capitulum de communi consensu ordinauit, & constitutione iurata decreuit, quòd ex tunc deinceps liceat cuicumque Canonico, qui in Ecclesia præsens deseruire inueniatur, quolibet anno eligere quattuor menses tantūm, continuos, aut per interualla, in quibus à dicta Ecclesia, & extra ciuitatis mœnia, ac vbicumque, & pro quacunque caussa absente re ipsum, siue abesse contigerit, fructus, redditus, & quotidianas distributiones canonicales, diurnas tantūm, percipiat, quas, si in dictis quattuor mensibus præsens esset in Ecclesia, percipere posset, & valeret. Act. die xx. Nouembris, anno M. D. xxv. Ex impress. fol. 22. a.

G

Bulla

¶ *Bulla legati de latere confirmatoria præcedentis constitutionis.*

Ioannes Cardinalis de Saluiatis nuncupatus, Legatus à latere in Regnis Hispaniarum sua bulla confirmat de verbo ad verbum præfatam constitutionem super solatio quattuor mensium cum deputatione Iudicum, & in amplissima forma. Sub dat. Toleti, vndecimo Februarij, anno Incarnationis dominicæ. M. D. xxv. Clemente Papa septimo. ibidem. b.

¶ *Constitutio, quòd solatium quattuor mensium lucrari possint Canonici etiamsi in ciuitate resideant.*

Georgio ab Austria Archiepiscopo, domini de Capitulo vnanimis constitutione iurata, statuerunt, & ordinarunt, quòd Canonici de cætero perpetuis futuris temporibus possint accipere solatium eis per constitutionem concessum, & Apostolico munimine confirmatum, per tempus quattuor mēsum, illudq. lucrari tam præsentibus in ciuitate, quàm etiam ab eadem ciuitate absentes. Act. die xxiiij. mensis Ianuarij, anni M. D. xxxix. Ex impr. fol. 24. a.

¶ *Constitutio de forma accipiendi solatium.*

Francisco de Nauarra Archiepiscopo, eius Vicarius generalis, & Reuerendum Capitulum, declarantes constitutionē superius positam, & Apostolica auctoritate confirmatam, super solatio quattuor mēsum, statuerunt, atq. interpretati fuerunt, dictum solatium eisdem concessum; quòd

Ecclesie Valentinae.

quòd Canonicis residentibus extra mœnia ciuitatis datur lucrandum, de cætero se extendat ad eos qui etiam intra mœnia se continent, neque in Ecclesiam se conferunt. Itaque liberum sit vnicuique Canonico, tam intra, quàm extra mœnia ciuitatis, totum simul, aut interpollatim, semel, aut pluries, quoad dictos quattuor menses expleuerit, annuatim accipere. Quæ constitutio iurata est, vno & contradicente irreuocabilis.

¶ *Constitutio declaratoria alterius de solatio quattuor mensium.*

Eodem Francisco Archiepiscopo, eius Vicarius generalis, & Capitulum statuerunt, & ordinarunt, quòd Canonicus, qui à prima die Madij vsq. ad vltimam diem Aprilis, præsentialiter in Ecclesia deseruire non cœperit, non possit accipere neq. lucrari solatium iuxta formam Ecclesie constitutionum: ex eo quia annus de cõsuetudine presentis Ecclesie, & diœcesis, & constitutionum eiusdem, incipit, & cõputari debet à prima die mensis Madij, vsq. ad vltimam diem mensis Aprilis. Item etiam statuerunt quòd Canonicus, qui interfuerit in Capitulo Paschali, etiamsi postea se absentauerit à ciuitate, & diœcesi Valentina, & reperiatur absens prima die Madij ab Ecclesia, possit incipere lucrari, & accipere solatium, nõ solùm à prima die Madij, sed ab alijs sequentibus eiusdem vel aliorum quorumque mensium diebus, perinde acsi præsens in Capitulo prima die Madij inueniretur. Quæ constitutio iurata est & vno contradicente irreuocabilis. A. Æ. die viij. Aprilis M. D. lxiij. Ioanne Alamany notario & scriba.

¶ *Declaratio congregationis concilij Tridentini Romæ facta de solatio lucrando.*

C 2 Ioan

Ioanne de Ribera Archiepiscopo dubitante de solatio quattuor mensium, quòd Canonici residentes quolibet anno percipere soliti erant, propterea quòd Tridentina Synodus, ubiuis Ecclesiarum solatium Canoniorum ad tres dumtaxat mēses reduxit; Canonici ad Sedē Apostolicam recurrentes, ante facram cōgregationem Cardinalium Concilij interpretum, libellum proposuerunt, per quem rationibus, atq. allegationibus de iure probarent, ipsos, prædicto quattuor mensiū solatio liberè frui atq. gaudere posse, ex eo potissimum quod decretum Concilij ca. xij. sessio. xxiiij. de reforma. derogat statutis & consuetudinibus, non tamen iuratis & confirmatis, quale est decretū Canoniorum, & iuratum, & per Apostolicam Sedem cōfirmatum. Vnde præfata cōgregatione referente, dictum libellum corā sanctiss. dño nostro Papa Gregorio XIII. sanctitas sua statutum illud non fuisse sublatum à decreto Concilij, sed obseruari debere declarauit. Prout Reuerendiss. Philippus Boncompagnius Cardinalis S. Sixti, viuæ vocis oraculo sibi factò, de eiusmodi expressa mente, sententiaque Pontificis litteras vnà cum libello ad dictum Reuerendiss. Archiepiscopum dedit tenoris sequentis.

Illust. ac Reuerē. dñe. Cùm libellus hic Canoniorum Ecclesie Valentinae propositus esset in sacra congregatione Cardinalium Tridentini concilij interpretum, & deinde ad sanctiss. dñm nostrum relatus, sanctitas eius declarauit, statutū illud, quo permissum est Canonici quattuor menses anno quolibet ab Ecclesia abesse, non fuisse sublatum à decreto concilij, sessio. xxiiij. cap. xij. & ideo obseruari debere: si tamen verum est quod asseritur, fuisse à sancta Sede Apostolica confirmatum. Qua in re amplitudo tua, quod sui muneris erit, aget. Valebitq. in dño. Romæ, die 18. Ianuar. 1576. Amplitudinis tuæ vt frater, Philippus Bon-

Boncompañus Cardinalis sancti Sixti. Quas litteras vnà cum libello proposito excipiens idem Reuerendis. dominus Archiepiscopus ab eisdem Canonicis, easque in pleno consilio euoluens ac legens : Quin & constituto sibi de prædicta decreti Canonorum Apostolica confirmatione, à sua tandem dubitatione, & repugnantia discessit, atque Canonicos prædicto quattuor mensium solatio, anno quolibet, iuxta decretum à summo Ponti. declaratum, frui atque gaudere permisit.

¶ *Constitutio super cappis quas tenentur præstare Canonici, & præpositi, & dignitatem habentes.*

H Vgo Episcopus, & Capitulum statuto præsentis iuramento, perpetuò ordinarunt, quòd quilibet obtinens Archidiaconatum maiorem, vel Archidiaconatum Xatiuæ, soluat quinquaginta libras: & quilibet obtinens Præcentoriam, Sacristiam, Decanatum, Archidiaconatum Murueteris, vel Algeziræ, triginta libras; & quilibet obtinens præposituram, quadraginta libras Regalium pro cappis huiusmodi, casu quo illas non eligant facere, exoluere teneantur. Adiecto quod quicumque Canonicus recipiendus auctoritate quacunque, cappam fericeam de quindecim libris facere, vel ipsas quindecim libras exoluere abinde penitus sit astrictus. Act. fuit die xx. Iunij, anno M. cccc. viij.

¶ *Constitutio super valore capparum ab eorum unoquoque præstando.*

L Vdouico Cardinali Episcopo, Capitulum, & Canonici addentes superiori constitutioni de cappis Ca
C 3 noni

nonicorum, & aliorum, constitutione iurata statuerunt, de communi consensu, quod abinde, & antequam quilibet ad possessionem dignitatum, canonicatum, & præbendarum dictæ Ecclesiæ admittantur, solvere teneantur pro iure cappæ, videlicet Archidiaconus maior sexaginta libras, Archidiaconus Xatiuæ septuagintaquinque libras, Præcætor quadraginta: Sacrista verò, Decanus, Archidiaconus Muriueteris, Archidiaconus Algeziræ, & quilibet Præpositus, quinquaginta libras, & quilibet Canonicus viginti quinque libras. Declarantes quod si aliquis Canonicus, & alij dignitates prædictas obtinentes post eorum admissionem, cappam facere voluerit, seu voluerint, recuperent quantitatem per eos solutam in eorum admissionibus. Ex impress. fol. eod. b.

¶ *Constitutio de domibus Canonicalibus.*

I Azpertus Episcopus, & Capitulum, anno M. cc. Lxxxvj. statuerunt, quod nullus Canonicus habere possit duplices domos de illis que sunt, vel erunt de capitulo, neque obtentas, vel obtinendas tradere possint ad inhabitandum, nisi Canonico, seu clerico alij, si eum contigerit à ciuitate discedere: ac neque ad tempus, seu firmam concedere alicui laico, aut uxorem habenti clerico, in presentia, vel absentia, nisi de nostra speciali licentia. Hugo Episcopus hanc constitutionem adeò restrinxit, ut si quis contra fecerit, poenas ibi expressas eidem indixerit: statuitque alia ad conseruationem & condirectum domorum canonicalium, & dignitatum vtilia & necessaria. Ac demum de eiusdem consilio & consensu Capituli decreuit, ut quotiescunq. per obitum, aut renuntiationem, vel alias, hospitium aliquod capituli, quod

non

non sit certæ dignitati deputatum, vacare contigerit, antiquior Canonicus, qui sit tamen de residentibus, possit optare infra decem dies à tēpore, quo sibi nota erit vacatio, illud hospitium si voluerit. Eo autem repudiante, expressè, vel tacitè, per lapsum dictarum decem dierum, tunc antiquior Canonicus post eum possit similiter optare, & sic de alijs Canonicis perpetuò obseruetur. Ex imp. fol. 26. b.

¶ *Constitutio super mercede soluenda per conductores hospitiorum dignitatum & Canonicorum.*

P Ræsenti cōstitutione quæ facta fuit anno M. cccc. lxxij. Vicarius generalis, & domini Canonici ordinarunt, quòd Canonici, seu clerici, qui in domibus capitularibus, seu dignitatum, absentibus earum possessoribus, habitare voluerint, pro condirecto dictarum domorum, & conseruandis ædificijs, teneantur soluere singulis annis mercedē secundum taxam in eadem constitutione pro singulis domibus assignatam, sub nonnullis conditionibus ibidem expressis. Ex impress. fol. 27. a.

¶ *Constitutio super optandis hospitijs Capituli.*

V Alentina Sede Pastore carente, Vicarius generalis, & dñi de Capitulo in Palchali Capitulo celebrato, vsq. ad nonam diem Mensis Iunij, M. ccc. xcviij. statuerunt, & ordinarunt, pro nonnullis tollendis quæstionibus, & cōtrouersijs circa optionem hospitiorū canonicalium, quòd nullus Canonicus, ex quo semel aliquod de hospitijs Canonicorum optauerit, & possessionem pacificam adeptus fuerit de illo, ad aliud de prædictis hospitijs possit modo

aliquo variare; sed de hospitiis, quod primùm optauerit, & possessionem habuerit, contentus sit. Et optio primi vacantis hospitij ad alium, & post eum antiquiorem Canonicum residuam pertineat: iuxta dicti statuti seriem, & tenorem. Ex impress. fol. 28. a.

¶ *Constitutio, quòd possessiones hospitiorum canonicalium non recipiantur auctoritate propria, nec cum armis.*

Domini Vicarius generalis, & Capitulum, constitutione statuerunt, ne aliquis Canonicus cum aliquod ex hospitij canonicalibus optauerit, ad possessionem eiusdem habendam cum armis, per se, vel per alios accedere vllomodo possit, nec præsumat, neque habitam per huiusmodi armorum violentiam custodiat: ac neq. auctoritate propria possessionem, per se, vel alium recipiat de hospitiis: sed quisquis in ipso ius prætendat se habere, prius domino Episcopo, seu Vicario generali, & Capitulo illud demonstrat; quo cognito, per eosdem, possessionem hospitij per manus alicuius Canonici, per dictos Episcopum, seu Vicarium generalem, & Capitulum deputandi, recipat pacificam & quietam: contra facientes, iure suo ad hospitium illa vice omnino priuati existant: & ad aliud antiquiorem Canonicum hospitium deuoluatur. Act. die decima mensis Decembris, anno M. ccc. xcviij. Ex impress. fol. 16. b.

¶ *Constitutio, siue prouisio de taxandis decimis Canonorum.*

Reuerendi domini de Capitulo prouiderunt, quòd seruetur

uetur antiqua constitutio de taxandis annis singulis, hoc est visitandis domibus Canonorum, Dignitatum, Præpositurarum, & Rectoriarum, ac beneficiorum ciuitatis. Act. die iiii. Februarij, M. D. xvij.

¶ *Constitutio, quod Canonici qui non sunt in sacris hospitalibus optare non possint, neque alia facere.*

H Vgone Episcopo, eius Vicarius generalis, & Capitulum præsentis edicto constituerunt; Quod de cætero Canonici qui in sacris non fuerint constituti, officijs omnibus, & ambaxiatis, siue legationibus Ecclesie sint priuati; neque de canonicalibus hospitalibus, cum vacabunt per obitum, seu renunciationem, aut alias, illa dimittentium, optare valeant aliquod siue habere. Nam tales Canonici, qui non sunt in sacris constituti, à tractatibus communibus, & voce Capituli sunt penitus alieni. Act. die mensis Decembris x. anno M. ccc. xcvij. Ex impress. fol. 29. a.

¶ *Confirmatio Apostolica constitutionis precedentis.*

H Vius statuti confirmatio Apostolica obtenta est à Clemente Papa septimo, sub dat. Auinnione, quarto Idus Aprilis, Pontificatus sui anno quartodecimo. Ex impress. eod. b.

¶ *Confirmatio alia eiusdem.*

A Lia confirmatio Apostolica eiusdem Clementis, super domibus Canonorum & dignitatum, sub dat. Auinnione, xvj. Kalen. Madij, Pontificatus anno x. ibidẽ.

C 5

Confir-

¶ *Confirmatio alia etiam eiusdem, Benedicti Papæ.*

Est alia etiam confirmatio Apostolica Benedicti Papæ xiiij. sub dat. Perpiniani xiiij. Kalendas Iulij. Pontificatus eius anno quindecimo.

¶ *Constitutio, quòd pecunias taxationum domorum Canonicalium recipiat Viceoperarius.*

Roderico Cardinali Episcopo, Vicarius generalis & Capitulum statuerunt, & ordinarunt, quòd pecuniæ, quæ taxatæ fuerint ad opus reparationis domorum canonicalium, non illas recipiât noui possessores dictarum domorum, sed Viceoperarius fabricæ Sedis Valentinae, qui in instaurationem dictarum domorum exponat & cõuertat; & de expensis & administratis rationem reddat. Ex impress. fol. 39. a.

¶ *Constitutio declaratoria alterius, super optandis domibus canonicalibus.*

Reuerendissimus dominus Franciscus de Navarra Archiepiscopus, & Capitulum, statuerunt & ordinarunt, quòd cuicumque Canonico antiquiori præfenti ac residenti, secundùm antiquitatem liceat optare domum canonicalem, quam maluerit, pro tempore vacantem. Ita quod vna vacante domo, si illâ Canonicus optare noluerit, possit aliam secundo loco vacantem optare. Idemque liceat Canonico antiquiori absenti, postquam ad Ecclesiam redierit, ac præfens & residens fuerit, etiam quòd eo absente, alius Canonicus iunior domum aliquam vacan-

canonem optauerit. Canonicus verò absens pro negotijs Ecclesiæ alicubi illa tractans, pro præsentis, ac residenti habeatur, possitque per procuratorem domum optare: fierique debeat certior de vacatione per litteras Reuerendi Capituli intra decem dies in superiori constitutione contentos, & pro termino assignatos, modò hi computentur à die præfatæ per litteras notitiæ. Quæ constitutio iurata est, & vno contradicente irreuocabilis, ac etiam auctoritate Apostolica confirmata per Pium Papam III. Sub dat. Romæ xij. Kalendas Decembris M.D.Lxiiij. Pontificatus anno quinto. Act. m. xx. Aprilis. M.D.Lxj. Ioan. Alamany notario & scriba.

¶ *Constitutio, quòd hospitia Canonorum, & dignitatum recognoscantur, & reparentur.*

Roderico Episcopo, per Capitulum statutum fuit, quòd singulis annis in Paschali Capitulo eligatur vnus Canonicus, qui vnà cum Magistro operis Ecclesiæ, & notario Capituli, eiusdem, ac etiam dignitatum hospitia habeat recognoscere, & ad oculum videre, & in scriptis redigere, & Episcopo, vel eius Vicario generali, & Capitulo referre, quali reparatione indigeant hospitia prædicta, vt de bonis, & redditibus obtinētis dignitatem cuius est hospitium, vel Canonici inhabitantis, vel alterius, cuius interfit, faciat dictus Episcopus, & Capitulum dicta hospitia reparari. Ex impress. fol. 30. b.

¶ *Constitutio, quòd hospitia Ecclesiarum Parochialium vrbs, & beneficiorum visitentur anno quolibet à deputatis per Capitulum.*

Domini.

Domini de Capitulo die quarta Madij, anno M. cccc. xj. prouiderunt quòd hospitia Ecclesiarũ Parochialium, & beneficiorum ciuitatis, & diœcesis Valentinae, uisitentur anno quolibet, more hospitiõrum Capituli, & Dignitatum. Hæc constitutio facta est Sede pastore carente, atque curam totius Archiepiscopatus, Capitulo regente, alioquin non pertinet ad ipsum talis uisitatio.

¶ Constitutio, quòd Canonici non soluant in subsidijs, aut tallijs Episcopalibus, pro Reclorijs eorundem.

Iacobus Cardinalis administrator Ecclesie, & Capitulum, iurata constitutione statuerunt, & perpetuò ordinarunt, quòd Canonici de cætero Reclorias, seu alia beneficia Ecclesiastica, vnà cum canonicatu obtinentes, in quibuscunq. donis gratuitis, vel coactis, alijs uè seruitijs, subsidijs, vel tallijs, exactionibus, vel demandis, per Episcopos, pro tempore existentes imponendis, atque exhibendis, ex quauis causa, vel necessitate, nullatenus teneantur contribuere, aut aliquid dare vel soluere, directè, nec indirectè, pro eorundem Reclorijs, seu alijs beneficijs, quæ possederint, nec ad id modo aliquo compelli possint: neque excommunicationibus ab Episcopo propterea latis quoquomodo subiaceant, nisi specialis mentio de aliquo illorum fiat in litteris seu mandatis. Ex impress. fol. 16. b.

¶ Constitutio, quòd nullus admittatur ad Dignitatem, Præposituram, administrationem, vel officium, nisi fuerit actu Canonicus præbendatus.



Hugo

HVgo Episcopus, & Capitulum vnanimis & conformes, renouantes antiquam cōstitutionem bonæ memoriæ Iazperti Episcopi prædecessoris super his iuratam, quæ incipit. Iuri consonum. &c. pro vtilitate & statutranello Ecclesiæ, statuerunt. & cōstitutione iurata declararunt, vt nullus in dicta Sede, in qua certus Canonorum & præbendarum numerus existit, ad dignitatem, personatum, Præposituram, administrationem perpetuam, vel officium, domos canonicales, seu vocem capitularem, quomodolibet admittatur, nisi fuerit Canonicus numerarius, actūq. in eadē Ecclesia præbendatus: salua tamen semper in omnibus Apostolicæ Sedis auctoritate. Act. fuerūt hæc, die ij. mēsis Ianuarij, anno M. cccc. xxij. Ex impr. fol. 17. b.

¶ *Constitutio, seu capitula edita super administratione loci de Albal erga bona & personas, ac etiam loci de Benimaclet locorum Capituli.*

PRæsenti constitutione & capitulis, quæ edita fuerunt die xx. mensis Octobris M. D. Lxviiij. multa continentur quæ pertinent ad bonum regimen, & pacificam administrationem dictorum locorum. Sed quia varia sunt, atq. mutationi obnoxia, & quæ pro varietate, ac necessitate temporis, necesse est mutare, ac variè se in administratione gerere, neque in vna re certa consistere: Idcirco visum fuit nunc illa prætermittere, cum possit, qui velit vniuersa capitula in libro nouarum capitularium cōstitutionum perample videre. Petro Lopez notario & scriba.

¶ *Constitutio, quòd arrendamenta mensæ capitularis, fiant, prout arrendamenta mensæ Episcopalis.*

Eratre

FRatre Thoma Archiepiscopo, eius Vicarius generalis cum Reuerendo Capitulo constituerunt, & ordinarunt, quòd de cætero arrendamenta decimalium mensæ capitularis, & aliarum quarumuis administrationum Ecclesiæ, fieri non possint, nisi in loco, seu locis, ac tempore, & temporibus, ac voce præconis, modo & forma quibus fiunt arrendamenta fructuum mensæ Archiepiscopalis Valentini, & præsentibus Canonicis, ad hæc per Reuerendū Capitulū electis, ac deputatis: & cum assistentia Syndici capitularis, & quòd dicta arrendamenta concedantur plus offerentibus. Aliter facta, nullius sint roboris vel momenti, sic vt reuocari possint à capitulo. Quæ constitutio iurata est, atque vno contradicente irreuocabilis. Act. die xj. mensis Septembris, anno M.D.lj.

¶ Constitutio, quòd protocola arrendamentorum reponantur in Archiuo Capituli, & de officio scribæ.

HAec constitutio quæ edita fuit die x. Aprilis, anno M.D.xx. ab honorabili Capitulo, Sede Pastore carente, continet aliam constitutionem domini Vitalis Episcopi, in qua recensentur ea, quæ competunt officio, & exercitio scribæ, siue notarij Reuerendi Capituli; & quæ præstare, & iurare teneatur dictus scriba. Quæ cōstitutio de nouo per præsentem confirmatur; ac etiam præcipitur, vt libri, & protocola arrendamentorum iuriū decimalium, tam domini Archiepiscopi, quàm Capituli, & præpositurarum, & administrationum Ecclesiæ, reponantur in Archiuo Sedis, & Capituli: nec non mandatur eidem scribæ Capituli, vt supradicta omnia arrendamenta recipiat ipse, tam pro
parte

parte Archiepiscopi, quàm pro parte Capituli, & aliorum. Postremò salaria quæ eidem competunt, & à quibus recuperari illa debeant, & quota vel quanta pars sit, quã abvnoquoque scilicet Archiepiscopo, Capitulo, Dignitatibus, preposituris, & administrationibus debeat scriba recipere, in eaisa constitutione speciatim continentur. A ð. die, mense, & anno prefixis.

¶ *Constitutio de consultando Aduocato Capituli
in controuersia, per fabas.*

Ioanne de Ribera Archiepiscopo, eius Vicarius generalis cum Reuerendo Capitulo, attendentes quòd in negotijs, & tractatibus capitularibus nonnulla sepe occurrunt, quæ nisi de iure decerni, ac nisi de iurisperitorum consilio determinari possunt: idcirco statuerunt & ordinarunt, quòd de cætero quotiescunque alicui ex Canonicis visum fuerit, ac requisierit, quòd super negotio in Capitulo proposito, antequàm fiat determinatio, super ea consultantur aduocati capituli, atque alius quiuis ex Canonicis contradixerit; tunc super eo, num dicta consultatio fiat necne, Canonici mittant vota sua per fabas in sacculis; & id, quod maior pars Canoniorum inuenta fuerit voluisse, ac decreuisse super consultatione, omnino fiat, & exequatur. Quæ constitutio iurata est, atque vno contradicente irreuocabilis. A ð. 23. Nouembris, anni M. D. Lxxvj. Petro Lopez notario & scriba.

¶ *Constitutio de ordinibus Canoniorum.*

Reuerendissi. D. D. Martinus de Ayala Archiepiscopus Va

pus Valentinus, vnà cum eius Reuerendo Capitulo, attendentes, quòd in prouinciali Synodo, quàm nuper idē Reuerendis. dominus celebrauit Valentiaē, vnà cum Episcopis suffraganeis, atque eiusdem Metropolitanæ Ecclesiæ Canonicis, anno M. D. Lxvj. virtute decreti in sessione tertia eiusdem Synodi editi, & xxj. mensis Decembris præcedentis anni publicati, decernitur, oportere debitæ executioni mādari duodecimum decretum session. xxiiij. concilij Tridentini, quo disponitur, quòd in omnibus Ecclesijs Cathedralibus, omnes canonicatus & præbendæ habeant annexum ordinem presbyterij, Diaconatus, vel Subdiaconatus: & quòd Prælatus de cōsilio Capituli designet, aut distribuatur, prout expedire viderit, quibus quisque ordo ex sacris in posterum annexus esse debeat: Ita quòd dimidia saltem Canonorum pars, sint presbyteri, cæteri verò Diaconi & Subdiaconi: Iccircò volentes eiusmodi per sanctum Decretū ad vnguem obseruare, & exequi, constituerunt & ordinarūt, quòd ex canonicatibus, & præbendis Ecclesiæ Valentinae, qui sunt numero viginti tres, medietas, nempe duodecim, ordini presbyteratus (comprehensis tamē illis quattuor canonicatibus, qui ab eorum primæua institutione, & fundatione presbyterales sunt) alij verò sex, ordini Diaconatus; reliqui autem quinque, ordini Subdiaconatus, respectiuè perpetuò annexi sint, & afficiantur: super quo, conscriptis Canonorum viuentium, atque possidentium nominibus, sortes coràm missæ fuere, ex quibus octo, ultra præfatos quattuor presbyterales, in presbyterij; alij autem sex, in Diaconatus; reliqui verò quinque, in Subdiaconatus partem cesserunt. Vnde notatis nominibus dictorum viuentium, atque possidentium Canonorum, eorundem canonicatus ad singulo

gulos præfatos ordines in perpetuum relati fuerunt, atque eisdem ordinibus annexi. Itaque in posterum, neque collatio, neque possessio cuiusvis canonicatus, & præbendæ conferri, neque dari possit cuiquam, quacunq. auctoritate etiã Apostolica prouiso, nisi verè, canonicè, atq. actu, promotus fuerit ad ipsummet ordinè, ad què eius Canonicatus affectus est, & in libris constitutionum adnotatus; prout in dicta constitutione hæc latiùs continentur. Quæ constitutio ab omnibus vnanimiter, & nemine discrepante edita, iurata est, ac etiam quoniã non solùm ordinaria, sed Apostolica, atque Tridentini, & Prouincialis Concilij auctoritate suffulta & confirmata, irreuocabilis est omnino, atque in perpetuum inuiolabilis. Act. in Capi-

tulo Sedis, die vigesima mensis Februarij,

anni M. D. Lxvj. Ioanne Ala-

many notario &

scriba.

D Titu

Titulus III. de his quæ com- muniter spectant ad dignitates Se- dis Valentinae.

*¶ Dignitates quomodo creatæ fuerint: & primò de Ar-
chidiaconatu maiori, & de Archidiaconatu
Xatiua, & alijs dignitatibus.*



Rerrarius electus Valentiaë Episcopus cum Ca-
pitulo statuerunt. Dignitates de nouo sine con-
sensu Capituli non creentur: & cum creatæ fue-
rint de cõmuni cõsensu Episcopi, & Capituli,
tamen per solum Episcopum cõferantur. Archidiaconus
Valentinus siue maior, & Archidiaconus Xatiuaë, eorum-
que iurisdictione, & termini, in quibus redditus percipiunt,
describuntur. In Archidiaconatu verò maiori ita decreue-
runt, quòd scilicet, duret à Xucaro citrà, in quantum ex-
tendatur Episcopatus Valentiaë. Ita vt Archidiaconus il-
lius loci habeat decimam partem totius partis decimarum
Episcopi, deductis expensis circa collectionem factis. In
Xatiua verò sic statuimus, quòd sit Archidiaconus, te-
neatque eius Archidiaconatus ultra Xucaron fluuium, vs-
que ad Alcalá sub Xorca, & vsque ad portum de Biar, &
vsque ad Alacant, & vsque in mare, quantum intus proten-
ditur ius conquestæ. Voluerunt autem & statuerunt, quòd
in parte decimarum Episcopi, deductis deducendis, pro-
ut in constitutione; Archidiaconus maior habeat vndeci-
mã partem. In Sacristia verò, ita statuimus; quòd in tota
parochia sanctæ Mariæ habeat ab integro primitias, &
oblatio

oblationes, cum alijs in dicta constitutione contentis, & assignatis. In Præcentoria vero, ita statuerunt quemadmodum in dicta constitutione describitur, vbi multa continentur, quæ contrario vsu abrogata sunt & immutata. Ex impress. fol. 47. a.

¶ *Constitutio de collatione dignitatum, & præpositurarum.*

Alfonsus Episcopus, & honorabile Capitulum, anno domini, M. cccc. xxxij. constitutione iurata statuerunt, & ordinarunt, quod de cætero vacante aliqua ex dignitatibus, aut personatibus Ecclesie, collatio illius pertineat ad Episcopum, & eius successores in solidum, & quod de illis prouideri possit, illaq. personis idoneis, etiã alijs quàm Canonicis Ecclesie, conferre. Insuper statuerunt, quod de cætero aliqua, siue aliquibus de præposituris Ecclesie vacantibus, Episcopus, siue Canonicus eius Vicarius generalis, teneantur duas præposituras vacantes Canonico, siue Canonicis Ecclesie actu præbendatis, iuxta formam in constitutione fratris Andreae Episcopi, aliàs traditam, conferre. Ibidem. b.

¶ *Constitutio de visitatione, & cœna Archidiani Valentini.*

Petrus Archiepiscopus Tarraconensis in generali visitatione Episcopatus, & Capituli Valentini, statuit, vt Archidiaconus maior Valentiæ in Archidiaconatu suo correctionem, & visitationem habeat, & cœnam recipiat moderatam, secundum quod de consuetudine Archidiaconis est concessum. H V G O, correctionem de iure vel

D 2 consue

consuetudine non habet, sed solùm Episcopo debet referre. Coena autem hodie limitata est per cõstitutionem domini Papę Benedicti. Quibus constitutionibus, & consuetudini firmiter stetur. Ex impress. fol. 48. b.

¶ *Creatio Decanatus Ecclesie Valentinae.*

FRater Andreas Episcopus, & honorabile Capitulum anno dñi M. cc. lx. Kalen. Februarij crearunt, & erexerunt dignitatem Decanatus in Ecclesia Valentina: cui dignitati assignarunt, & incorporarunt omnes decimas, & omnia iura eis pertinentia, pleno iure in Ecclesijs de Segorb, & de Altura, quæ tunc antequam Ecclesia Segobriensis erigeretur in cathedralem, sub Episcopatu, & diocesi Valentina continebantur. Et quòd collatio Decanatus semper spectaret ad Episcopum, eiusq. successores in solidum, cum alijs immunitatibus pro conseruatione Decanatus in præsentì constitutione contentis. Ex impress. fol. 49. a.

¶ *Applicatio Ecclesie de Chelua Decanatu Valentino.*

IAzpertus Episcopus Valentinus, propter subtractionẽ Ecclesiarum de Segorb, & Altura, quæ fuerunt per sententiam adiudicatæ Episcopo, & Capitulo S. Mariæ de Albarrazzino, & à Decanatu abstractæ; pro eius dignitatis instauratione, de consensu Capituli, dedit, assignauit, & incorporauit eidẽ Decanatu cum omni iuris plenitudine, Ecclesiã de Chelua cū omnibus eius decimis sibi antea, & Ecclesie Valentinæ pertinentibus; cū primitijs etiã dictæ Ecclesie de Chelua, ac collationib⁹ beneficiorũ simpliciu & alijs

Ecclesie Valentinae.

& alijs emolumentis in dicta constitutione applicationis contentis. In qua alia quoque decimæ, atq. primitiæ multorum locorum ibi expressorum dignoscuntur fuisse applicata dicto Decanatu, in termino, & diœcesi de Segorb. De quibus in præfenti non gaudet, immo omnino priuatus existit. Ibidem.

¶ *Constitutio de Ecclesijs unitis Decanatu.*

Idem Iazpertus de consensu Capituli ad reparandam necessitatem, & inopiam Decanatus Valentini, vniuit, & incorporauit eidem Decanatu in perpetuum Parochiales Ecclesias sancti Stephani Valentini ciuitatis, & populi siue loci de Benaguaziro Valentinæ diœcesis, suppressis Rectorijs, & harum loco institutis Vicarijs perpetuis; vt ex fructibus, siue decimis earundem Ecclesiarum Vicarij teneantur, quinquaginta libras annuatim Decano soluere in perpetuum: residuis, fructibus pro Vicarijs, quos penes se, & in suos vsus ipsi retineant. Ex impress. fol. 49. b.

¶ *Creatio Archidiaconatus Muriueteris, & Algeziræ.*

IAzpertus Episcopus de consensu Capituli, anno M. cc. lxxix. de nouo crearunt, & instituerunt duos personatus, siue dignitates in Ecclesia Valentina. Quarum vna sit, & vocetur Archidiaconus Muriueteris, & altera Archidiaconus Algeziræ; quas dotarunt de primitijs, quæ in dictis duobus oppidis percipientur: institutis duobus etiã Vicarijs in dictis oppidis, quos ex dictis primitijs competenter dotarunt; assignando Vicario Muriueteris certos redditus, qui in fructibus ab Archidiacono, ei soluuntur.

D 3 Nec-

Necnon ordinarunt ad easdem magis decorandas dignitates, vt Archidiaconus Muriueteris habeat sextam vocē in congregationibus Ecclesiæ capitularibus, Archidiaconus verò Algeziræ septima m. Ex impress. fol. 50. a.

¶ *Institutio seu incorporatio Vicariæ Muriueteris.*

Raimundus Episcopus cum assensu Capituli, ac etiā Geraldii de Albalato, tunc Archidiaconi Muriueteris, constituerunt, & ordinarunt, quòd in ipsa Ecclesia oppidi Muriueteris sit vnus perpetuus Vicarius, qui gerat curam animarum; cui pertineant oblationes, & alia quæuis emolumenta Ecclesiæ, exceptis decimis & primitijs ipsius Parochiæ: Sed quòd idē Archidiaconus teneatur annuatim ei de primitijs tot fructus, quot in præcedēti institutione referuntur, erogare; cum declaratione, & iniunctione onerum & curæ, ad quæ tenetur Vicarius prædictus, vt bene seruiat dictæ curæ. Necnon quòd præsentatio dictæ Vicariæ pertineat ad ipsum Archidiaconū pro se, & successoribus suis in perpetuum. Demum quòd Vicarius, & clerici, seu beneficiati Muriueteris teneantur obedire Archidiacono quandiu præsens in dicta Ecclesia fuerit. Act. Valentia, quinto Idus Aprilis, anno M. cccc. xcix. Ibid. b.

¶ *vnio seu incorporatio Vicariæ perpetuæ sancti Ioannis de mercato facta præcentoria Sedis Valentinae.*

Raimundus cum consilio, & consensu Capituli, ad supplicationem Præcentoris Valentinae Ecclesiæ, cui Præcentoria annexa & vnita erat Parochialis Ecclesia S. Ioannis de Mercato, tunc de la Boatella dicti: statuerunt,
& or-

& ordinarunt, vt Vicarius perpetuus per ipsum Præcentorẽ præsentatus in præfata Parochiali Ecclesia instituatur, qui onera Ecclesie, eiusq̃ Curam animarum suscipiat, & ad quem oblationes; & alia quæuis emolumenta Ecclesie pertineant. Et q̃ Præcentori pro iuribus suis teneatur perpetuò annuatim M. cc. solidos francos, &c. soluere, & alia quædã præstare in præfenti cõstitutione cõtenta, A qua ordinatione, siue institutione Vicariæ perpetuò exceperunt, tam Episcopus, quàm Capitulũ totã decimam, quã infra limites ipsius Ecclesie & Parochie S. Ioannis recipiunt, & recipere possunt, pro se, & suis successoribus in perpetuũ; & omnia alia, quæ lege diocesana, vel iurisdictionis, ad Episcopum pertinere possunt. Præsentationem dictæ Vicariæ quoties vacare contigerit, eidem Præcentori, & successoribus suis reseruantes. Act. Valentie dicimo quarto kalendas Octobris. M. ccc. ij. Ex impress. fol. 51. a.

¶ *Constitutio super concordia inter Capitulum & Sacristam.*

C Onstitutione præfenti continetur concordia quæ inita fuit inter Reuerendiss. dñm Iacobũ Episcopum, & Capitulum ex vna, & Ioannẽ Montanarij Sacristã Ecclesie Valentinę, partibus ex altera, super oneribus eidem Sacriste incumbẽtibus, ratione dignitatis, ad custodiam, & reparationem ornamentoem, ad illuminationẽ chori, & altaris maioris, statutis per annũ diebus, cum plerisq̃ alijs oneribus in dicta cõcordia sigillatim expressis, & enumeratis: pro eo quòd ipse Sacrista remisit Ecclesie & Capitulo quas recipiebat, aut penes se retinebat oblationes, donationes, & munera, quæ tã in censibus, quàm in his quæ comestibilia, atque cõbustibilia sunt, Ecclesie offerebantur.

D 4

Vnde

Vnde ex deliberatione Episcopi, & Capituli oblationes illæ & emolumenta, quæ Sacrista percipiebat, partim in officiũ Thesaurariæ, partim in officium Armarij cesserunt: Quæ duo officia, omnia illa onera olim Sacristæ incumbentia nunc exoluunt ac præstant, atq. Sacristam ab obligatione exsoluendi illa omnino liberant. Quæ tandem cõcordia, eiusque instrumenta acta fuerunt die xxvj. mensis Iulij anno domini M.ccc. Lxxiiij. Ibidem. b.

¶ *Constitutio, in quo ordine esse debeat Præcentor & Sacrista, & de sede eorum & Decani: necnon Archidiaconorum Valentia, Xatiuæ, Muriueteris, & Algeriæ.*

FRater Andreas anno domini M. cc. Iv. cum consensu Capituli statuit, quòd si qui fuerint in Sacristiæ, vel Præcentoriæ dignitatibus constituti, semper locum præbyterorum obtineant, vt à maioribus exemplum detur minoribus, quali eos in statu deceat existere. Item volens chorum esse circundatum personis in dignitatibus constitutis, statuit vt Sacrista & Archidiaconus Xatiuæ primas cathedras chori versùs altare obtineant. Itaq. è regione alter ex vna parte, alter ex contraria sedeant. Et Archidiaconus Valentia, & Præcentor sedeant in cathedris consuetis vtraque in parte chori. Alij autem Canonici diuidant se per chorum, & adhæreant personis in dignitatibus constitutis.

Hugo adiecit. Sedes autem Decani sit iñ choro Præcentoris, in cathedra quæ rectè est in angulo, seu cantone chori. Archidiaconus verò Muriueteris similem cathedrã habeat è regione, & in angulo in choro Episcopi: Archidiacono-

diaconus autem Algeziræ, post Decanum habeat immediatè sequentem cathedram. Ex impress. fol. 57. b.

¶ *Declaratio de Cathedra Archidiaconi maioris
ubi sit locanda.*

Alfonso Episcopo, anno domini M. cccc. xxxix. orta controuersia inter dominum Episcopum, & Archidiaconum maiorem super prima cathedra chori Episcopi; prætendente Archidiacono, illam ad se pertinere: contra Episcopo, eandem de iure ad se spectare, neque alium quempiam præter ipsum in eam debere sedere asserente; Vicarius generalis & honorabile Capitulum constitutione decreuerunt, ac declararunt; quòd dicta prima cathedra dicti chori, super qua fit quæstio, cedat, atq. perpetuò assignetur domino Episcopo & successoribus suis. Ita videlicet, quod Archidiaconi maiores Valentini pro tempore existentes, dictis Dominis Episcopis Valentinis præsentibus, vel absentibus, nullo modo audeant, vel præsumant, in dicta prima cathedra sedere; sed in secūda cathedra dicti chori, post dictam primam immediatè sequentem: quæ eisdem Archidiaconis, pro eorum sessione, perpetuò deputarunt, ac etiam assignarunt. Act. die, & anno præfixis. Ex impress. fol. 58. a.

¶ *Constitutio, quòd nullus ad dignitates admittatur,
nisi prius iurauerit constitutiones
Ecclesiæ.*

Hæc constitutio iurata continetur infrà, ubi enumerantur constitutiones iurandæ, titulo de iuramentis.

D 5 Act.

Act. xxx. Madij, M. cccc. viij. Ex impress. fol. 58. b.

¶ *Constitutio, quòd Episcopus antequam admittatur soluat iura fabricæ.*

Similis habetur constitutio infrà titulo de iuramentis, per quã edicitur, ne admittatur quiuis Episcopus ad possessionem, nisi prius soluat mille florenos auri in augmentum fabricæ Ecclesiæ; Idq. saltem primo anno receptionis illorum. Quodque non solum Episcopus, sed alij quicunq. ad dignitates, personatus, præbendas, & præposituras ipsius Ecclesiæ, necnon Rectorias, & Vicarias perpetuas, & alia beneficia per bonæ memoriæ Vitalis Episcopi Valentini constitutionem, quæ incipit: Cùm piæ desiderium voluntatis &c. expressa, admitti non possint, nisi prius ijdem domini Episcopi de soluendo præfatos mille florenos, & cæteri de soluendis annatis, vel medijs annatis (prout Vitalis constitutio continet) ad voluntatem Capituli, idoneam & sufficientem præstiterint cautionem. Ex impress. fol. 59. a.

¶ *Quæ soluere tenentur Episcopus & dignitates.*

Prætereà fuit adiectum quòd Episcopus in admissione sua soluat Subdiaconis, sex libras: & dignitates habentes, & præpositi, sexaginta solidos; ac totidem etiã Canonici in suis admissionibus. Act. secunda mensis Ianuarij, anno M. cccc. ix. Ibidem. b.

¶ *Constitutio alia, quòd nullus admittatur ad illorum possessionem, nisi prius actu soluerit iura fabricæ, & thesaurariæ, ac salaria officialium.* Erat

E Rardo de la Marcha Cardinali Archiepiscopo, eius Vicarius generalis cum honorabili Capitulo, constitutione, iurata statuerunt, & ordinarunt, quòd de cetero nullus ad possessionem Archiepiscopatus, Canonicatuū, & præbendarum, dignitatum, & præpositurarū Ecclesiæ admittatur, nisi prius & ante omnia, realiter, & cum omni effectu soluat iura fabricæ, & thesaurariæ, vnà cum salarijs aliorum officialium: Antiquo vsu & consuetudine de admittendis ipsis, & cautione de soluendo infra annum, penitus abrogata & reiecta. Act. xxiiij. Aprilis, anno M. D. xxxiiij. Ex impress. fol. 60. a.

¶ *Constitutio iurata quòd Ecclesia Valentina, non diuidatur in plures.*

H Vgone Episcopo, eius Vicarius generalis, & honorabile Capitulum in Paschali Capitulo, statuerunt, & decreuerunt, quòd dominus Episcopus, & sui successores, necnon omnes Canonici, ac dignitates habentes, atque præpositi, antequam ad possessionem admittantur, aut recipiantur, teneantur iurare, quòd neque per se, neque per alios cõsentient, quòd Metropolitana Ecclesia Valentina, vel eius diœcesis, in duas, vel plures Cathedrales Ecclesias, seu diœceses sit diuisa. Vltèrius ordinarunt, quòd Rectores, & alij quicunque beneficiati, iurent tempore suarum collationum, in eorum admissionibus, de tenendo fidelitatem Sedi Valentinae. Act. xiiij. Madij, anno. M. cccc. ix. Ex impress. fol. 60. b.

¶ *Ordinatio super distributione sapientiarum.*

H Vgo Episcopus & honorabile Capitulum, volètes distributionē vulgò dictā de la Sapiència, quæ fit in singulis ve-

lis vesperis nouem dierum ante diē festū Natiuitatis dñi nostri Iesu Christi, largitione & expensis domini Archiepiscopi, & dignitatum, & Præpositurarum, in choro Sedis nostræ, sub certis forma & ordine regulare, statuerunt, & ordinarūt, quòd distributio ante dicta fiat, & detur in præfatis diebus cum cedula inter personas, per modum in cōstitutione super hoc facta tunc expressis: quæ hic minimè exprimuntur, propterea quòd idem expressus tunc ordo fuit nostris temporibus, propter cōsecutos abusus, in melius commutatus: & vniuersa illa pecuniæ quantitas nouem diebus erogari solita in communem bursam minuti ad augendas duplas distributionum erogata. Retento tamen ex antiquo ordine, quod Hebdomadarijs, qui dixerint antiphonam Sapientiæ, dupletur portio illa die.
Ex impress. fol. 61. a.

¶ *Constitutio de bonis Archiepiscopi, & Capituli.*

Ferrarius electus Valentinus anno domini M. cc. xlix. Kalen. Iulij, & totum Capitulum, distinguentes bona Episcopi, à bonis Capituli, statuerunt, & ordinarunt, imprimis super dominijs, siue possessionibus acquisitis, siue in posterum acquirendis, quòd Episcopus Valētinus, percipiat medietatem, & Capitulum Canoniorum maioris Ecclesiæ aliam medietatem ab integro per totum Episcopatum, & extrâ, vbicunque sint; prout in ipsa constitutione continetur. In decimis autem prouenientibus in territorio Valētino, scilicèt à Puçolio, qui est inter Murum ueterem, & Podium sanctę Mariæ, vsque ad Almuçafes, & Spiocha, & Picacent, & Torrētem, & Manizam, & Paternam, & Moncatam, & sicut tenet cequia vsque ad dictum
Pu-

Puçolium, & totum inclusivè vsque ad Cullerã, quòd habeat, scilicet Episcopus medietatem, Capitulum verò aliam medietatem. De toto verò reliquo Episcopatu habeat Capitulum tertiam partem omnium decimarum siue reddituum. H V G O. super his tamen ex diuersis cõventionibus, & contractibus, extunc vsque multa sunt immutata: & ideò super his stetur consuetudini, & his quæ in usu sunt. Ex impress. fol. 61. b.

¶ *Constitutio, quòd procuratores Episcopi, & Capituli, non possint emere iura decimalia.*

H Vgone Episcopo, eius Vicarius vnà cum Capitulo, statuerunt, & ordinarunt, quòd procuratores domini Episcopi, vel habentium dignitates, seu præposituras, ac Canonicatus, & præbendas in Ecclesia Valentina, cuiuscunque ordinis, aut conditionis existant, non audeant, neque possint iura aliqua decimalia Episcopo, seu Capitulo, alijsvè supradictis pertinentia, coniunctim, vel diuisim, per se, vel alios, aut cum alijs tacitè, vel expressè, directè, vel indirectè, aut quouis alio quæsito colore, arrendare, vel emere, aut in arrendamentis, & exemptionibus eorundem aliquam partem habere, seu in illis respectu commodi proprijs, se, quoquomodo immiscere. Quòd si secus fecerint, præterquàm quòd arrendamèta, & pacta supradicta irrita sunt omnino, excommunicationis etiam sententiam ijdem incurrant. A ð. decima septima Decembris, anno M. cccc. ix. Ex impress. fol. 62. a.

¶ *Constitutio de testamentis per Episcopum, Prelatos, & Canonicos Ecclesie Valentinae faciendis.*

Iazper

I Azpertus Episcopus, & Capitulum in simul congregati, anno domini M. cc. lxxvij. Idus Augusti, statuerunt & ordinarunt, quòd præfatus dominus Episcopus, eiusq. successores, de omnibus rebus mobilibus, & semouentibus, quæ habebuntur tempore mortis eorundem, ab Ecclesia vel aliunde, & de redditibus Muriueteris, & Algeziaræ, vnius anni, ad mensam videlicet Episcopalem spectantibus, post obitum, vel religionis ingressum, possint condere testamentum, & propriam facere voluntatem. Prælati etiam, siue dignitates habentes, & Canonici ecclesiæ, eodem gaudeant priuilegio, & fauore, scilicet quod de bonis suis mobilibus, & immobilibus, ab ecclesia, vel aliunde acquisitis, possint etiam condere testamentum, & habeant similiter per annum post mortem, vel religionis ingressum, omnes redditus & prouentus, quos habent, vel habuerint in Ecclesia, vel ratione ipsius, tempore mortis suæ. De quibus redditibus per vnum annum post obitum recipiendis, si debita, vel iniurias habuerint, nec aliunde suppetunt facultates, vnde satisfaciant, totum illud distribuat ad iniurias, & debita persoluenda; si vero non sint astricti debitis, nec iniurijs, Episcopus & successores de redditibus oppidorum Muriueteris, & Algeziaræ, Prælati, & Canonici Ecclesiæ, de dictis post mortem redditibus beneficiorum suorum, possint quod sequitur ordinare, videlicet de duabus partibus reddituum legare illas ad fabricam, vel alia ornamenta Ecclesiæ: de tertia vero parte, quod libuerit facere: modo onera & seruitia beneficij inde compleantur. Hæc autem, cæteraque alia, quæ in dicta constitutione continentur, Hugo inquit, Intelligentur sub determinatione extrauagantis domini Papæ Ioannis vigesimi secundi, quæ incipit: Suscepti regiminis. Ibidem. b.

¶ Con.

*Confirmatio Apostolica constitutionis supradictæ, per quam
Episcopus, Prælati, & Canonici testari possunt, &
fructus unius anni post eorum obi-
tum recipere.*



Confirmatur per Benedictum Papam cōstitutio supe-
riùs relata, quæ de verbo ad verbum inserta est Bul-
læ; neque aliud quàm quæ superiùs commemorata sunt,
continet. Dat. Auinnione, quarto Idus Octobris. Pontifi-
catus eius anno primo. ex impress. fol. 64. a.

*Constitutio, pro quo tempore Præpositus, seu alius personatus Ec-
clesiæ debent habere post suum obitum fructus Præ-
posituræ, siue personatus.*



Iazpertus, anno M. cc. lxxxj. de consensu Capituli, per
hanc constitutionem nonnulla ordinavit de fructibus
præpositurarum vacantium per obitum illas possiden-
tium, à quo tempore in fauorem præmortui conuerti de-
beant; quæ fortè iam non sunt in vsu. Ideo quæ cupient re-
scire illa, constitutionem integram videat. Atque in
præsenti sufficiat videre appendicem domini Hugonis E-
piscopi in calce constitutionis positum, sic inquit. Nos
autem, vt sine omni difficultate prædicta procedant, de cō-
sensu nostri Capituli sic ordinamus, vt quocumque tempo-
re decedat præpositus annus incipiat in Kalendas Madij;
& quāto tempore post dictas kalen. præpositus vixerit, tā-
to tēpore pro rata fructus percipiat, & onera subeat, & post
modum

modum à die mortis suæ per annum completum fructus percipiat, & onera subeat sub determinatione prædicti capituli. Hęc ille. Ex impress. fol. 63. b.

¶ *Constitutio, quòd si cui habenti prælaturam aliquam in Ecclesia alia prælatura conferatur habebit per annum fructus prælaturæ dimissæ.*

Hæc constitutio, quæ à Iazperto Episcopo, & Capitulo edita fuit anno dñi M. cc. lxxxvj. declarat, quòd si alicui Canonico habenti præposituram, vel aliud simplex aut curatum beneficium, præpositura, vel beneficiũ aliud conferatur, fructus priorum per annum integrũ percipiat, nisi beneficij de nouo sibi collati fructus in continenti ipsum recipere contingat. Item statuitur, quòd vasa vinaria, in quibus reponitur vinum dignitatum, vel præpositurarum, sint futurorum præpositorum, seu dignitatum habentium; non obstante constitutione, qua cauetur, quòd Canonici, & alij Ecclesiastici testare possint de rebus mobilibus: cùm de vasis vinarijs non intelligat constitutio. Ex impress. fol. 65. b.

¶ *Corroboratio constitutionis annatæ mortis.*

Cæfare Cardinali, & Archiepiscopo, eius Vicarius generalis cum honorabili Capitulo, virtute duarum constitutionum auctoritate Apostolica per Benedictum Papam cõfirmatarum, de quibus paulò suprà diximus, circa annatas fructuum post mortem, statuerunt, & ordinarunt, constitutione iurata, quòd Canonici qui nũc sunt, & pro tempore erunt, possint virtute dictarum duarum constitutionum,

tionum, disponere de omnibus in eis atis, & vestuario post eorum obitum, ad disponendum de illis iuxta tenorem dictarum duarum constitutionum. Act. die xxix. mensis Iulij, anno M. cccc. xcvij. Ex impress. fol. 66. a.

¶ *Fundatio monasterij beatæ Mariæ de Porta cœli, per Reverendissimum dominum Andream Episcopum, & Capitulum Valentinum.*

FRATER Andreas Episcopus Valentinus de communi consensu Capituli; anno domini M. cc. lxxij. viij. Idus Nouembris, statuerunt & ordinarunt ædificare, prout ædificarunt, monasterium ordinis Cartusienſium, in loco vocato olim (Lulen) Valentinię diœcesis, quattuor a ciuitate Valentina leucis distante, quem deinceps vocare decreuit monasterium sanctę Mariæ de Porta cœli, cum Priore, & conuentu, & omnibus requisitis, ad perpetuas in eo quotidie preces Deo fundendas, pro viuis, ac defunctis: ac speciatim pro his, qui in constitutione exprimuntur: retento sibi patronatu, atque patrociniò dictę domus: ac etiam quòd ratione decimarum dicti loci de Lulen, & terminorum suorum monasterio ab Episcopo, & Capitulo relictarum, Prior, & conuentus, sui que successores teneantur soluere Episcopo, & Capitulo præfatis, & successoribus, annis singulis, in festo sancti Michaëlis Septembris, decem solidos monetę regalium Valen. Act. mense, & anno præfixis. Ex impress. fol. 66. a.

¶ *Constitutio, quòd possessio Archiepiscopatus non tradatur cum eisdem solemnitatibus procuratoribus sicuti ipsimet Archiepiscopo.*

E Mar

M Artino de Ayala Archiepiscopo, eius Vicarius generalis, & Reuerendum Capitulum, statuerunt, & ordinarunt, q̄ de cætero possessio Ecclesiæ, & Archiepiscopatus, quæ hæctenus tradi solita erat procuratoribus Archiepiscoporum, cum processione, & pallio, & decantatione cantici (Te Deum laudamus) ac tanta solemnitate, quanta ipsimet domino Archiepiscopo foret tradenda, deinceps nulla cum pompa, & solemnitate, præterquam simpliciter coram notario, & testibus, prout de iure est, atque in alijs dignitatibus, & canonicatibus præsentis Ecclesiæ fieri consuevit, dictis procuratoribus tradatur: supradictas verò solemnitates soli domino Archiepiscopo, cum personaliter accesserit ad Ecclesiam, prima vice exhibendas fore declarantes. Quæ cōstitutio iurata est, atque vno contradicente irreuocabilis. A c̄t. die xxix. Ianuarij, M. D. lxxv. Ioanne Alamany notario & scriba.

¶ Constitutio, quòd originem trahentes à Iudæis, non admittantur ad dignitatem, canonicatum, aut alium Ecclesiæ personatum.

E Odem Martino de Ayala Archiepiscopo, eius Vicarius generalis, & Reuerendum Capitulum, caussis, & rationibus eisdem bene visis, constituerunt, & ordinarunt, quòd de cætero quicumque ex Iudæorum prosapia originem ducentes, si fuerint descendentes ex hæreticis de hæresi damnatis, forsan Ecclesiæ vnitati reconciliatis, ac re-incorporatis, dignitates, Canonicatus, & præbendas, ac alia beneficia Ecclesiastica minimè obtinere possint in hac Ecclesia Valentina: sed sint penitus ad talia inhabiles, dummodo per dictam lineam descendentes sint prædictis hære.

hæreticis intra quartum gradum consanguinitatis coniuncti. Qui vero intra secundum gradum prædictis hæreticis per lineam transfuersalem, seu collateralem coniuncti fuerint, simili inhabilitati, & prohibitioni subiaceant: & hoc intelligatur siue dicta consanguinitas proueniat per lineam paternam, siue maternam. Demum pro maiori constitutionis robore, & firmamento decreuerunt petere illius confirmationem à Sede Apostolica. Act. die xij. Augusti, M. D. lxxvj. Ioanne Alamany notario & scriba.

¶ *Sententia per Illustriss. D. D. Ioannem de Ribera Archiepiscopum Valentinum, promulgata super præcedentia dignitatum, & Canonorum, in exercitio, & assistentia actuum Pontificalium.*

ET quia secundum formam & ordinem in libro Pontificalium descriptum, circa actus Pontificales in dicto libro memoratos exercendos, docetur apertè, digniores Canonicos de Capitulo assistere, & ministrare debere, nulla de Archidiacono, nec de alijs dignitatibus mentione facta; cumque in viam iuris, quando super forma gerendi actus Pontificales, & præcedentia personarum, quæ dictis actibus interesse debent, aliqua suboritur quæstio, secundum in dicto Pontificali disposita, uti legem dictis negotijs descriptam decidenda veniat. Ea propter, & alias. Et quia de prætenso per dictum Reuerendum Archidiaconum consuetudine, quam oportebat esse præscriptam, ut eius intentio ea iuuari possit, non constat: sententiamus, pronunciamus, & declaramus, digniores Canonicos de capitulo debere in dictis Pontifical. actibus, in dicto Pontificali

libro memoratis, per nos, seu successores nostros in dignitate exercendis, assistere, & ministrare. Declarantes, sicuti cū præsentī diffinitiva sentētia declaramus, digniores Canonicos, de quibus dictum Pontificale loquitur, illos esse, qui simul cum canonicatibus in Sede præsentī Valenti-
na dignitatem habent, seu pro tempore habuerint, servata tamen inter ipsos, si plures habentes dignitatem fuerint, præcedentia iuxta maioritatem, & ordinem dignitatum. Inter verò simplices Canonicos, nullam in Sede dignitatem habentes, digniores declaramus, qui primo loco canonicatum adepti fuerint: cū de iure, qui priores sunt tempore potiores sunt in honoribus. Et ita pronunciamus omni meliori modo, & in expensis ex causa neutram partem condemnamus.



El Patriarcha Arçobispo.

Lata fuit, publicata, & intimata præsentī die, xxj. Madij, M.D.lxxiiij. Petro Lopez notario, & scriba.

Titulus

Titulus III. de his quæ spe- ctant ad præposituras Sedis Valentinae.

*q̄ Constitutio de institutione præpositurarum Sedis Va-
lentinae, de quæ earum oneribus, & de fundatione
hebdomadariorum, & aliorum offi-
cialium Ecclesiæ.*



Rater Andreas Episcopus anno domini M. cc. lix. vnâ cum honorabili Capitulo, statuerunt, & ordinarunt, quòd sint in Ecclesia Valentina, duodecim præpositi: propterea quod ex bonis Capituli totidem eriguntur præposituræ. Item statuerunt, vt cum in Ecclesia non sint nisi duo sacerdotes hebdomadarij, creentur alij duo hebdomadarij: ita quòd deinceps in perpetuum sint quattuor hebdomadarij in Ecclesia maiori Valentina, quorû vnus celebret Missam in sua septimana pro defunctis, & aliam Missam conuentualem; & alij duo in alia septimana, & in choro intersint omnibus horis Canonicis, nocturnis, & diurnis statim in principio horarum. Cùm ad eos pertineat incipere & complere officium in omnibus horis. Et duo sint de vno choro, & alij duo de alio. Item statuerunt vnum Magistrû qui regat scholas in Grammatica in Ecclesia, expensis domini Episcopi, & Capituli. Item statuerunt duas portiones duorum denariorum pro qualibet, ad expensas commu-

E 3 nes Ca-

nes Capituli faciendas; prout est dictum supra in titulo de Canonicis, ubi statuitur ad expensas Capituli prepositos teneri. Item iuxta formam dicte constitutionis, ad quam habeatur relatio: Statuerunt, quod administratio, & collectio fructuum decimalium, tanquam bonorum Capituli, tradatur prepositis. Item mandatur eisdem quod infra sex annos a die traditionis computandos, teneantur preparare, & habere cellaria, vegeces, & alia necessaria ad recondendos fructus prepositurarum in tribus partitis, nempe prepositi ultra Xucarum, in Xatiua, & Gandia; prepositi vero tres citra Xucarum, extra hortam, apud Murum ueterem, & Albal. Alijs quoque pactis, & obligationibus obstricti fuerunt prepositi pro bona eorum administratione prestanda, in dicta constitutione expressis, quibus se omnino Episcopo, & Capitulo sumiserunt. Tandem super expensis Capituli a prepositis soluendis, examinatis controuersijs, quae pro parte prepositorum sunt motae, Hugo conclusit, quod in causis, quae generaliter tangunt iura Capituli, vel statum Ecclesiae, utpote quia negaretur Capitulum non habere partem in decimis vel similibus; tunc prepositi, omnes expensas faciant, quas Capitulum esset facturum. Tandem statuit de consensu Capituli, quod in omnibus expensis per Episcopum faciendis in locis, pro iuribus sui Episcopatus conseruandis, prepositi dimidiam partem exsoluant. Similiter e contra in omnibus expensis in litibus, quae pro seruandis iuribus prepositurarum, vel alicuius earum fieri habebunt, partem dimidiam soluere Episcopus teneatur.

Ex impress. fol.

67.a.

¶ Creatio

¶ *Creatio noua duodecim præpositurarum.*

Fater Andreas Episcopus anno domini M. cc. lix. & Capitulum Valentinum de communi consensu omnium Canonorum, post multos tractatus circa ordinationem præpositurarum, & collectionem fructuum, ac perceptione quotidianæ portionis, & vestuarij annualis Canonorum, ex deliberata concordia, statuerunt & ordinarunt, quòd bona omnia Capituli Valentini in duodecim præposituras diuidantur: ex quibus sex præposituras constituerunt de omnibus redditibus, & prouentibus, quæ cõpetūt, & competere possunt Capitulo in ciuitate, & horta Valentina, cū omnibus terminis eius. Quibus addiderunt omnes bisantios, siue denarios, quos fratres de Calatraua & de Vcles tenentur dare Capitulo annuatim. Item decimam carniū, & animalium, & piscium ciuitatis, & totius diocesis Valentinae, ac etiam Albuferæ. Terminos sex præpositurarum posuerūt, videlicet Puçolium, Podium S. Mariae, Museros, Foyos, Mõcada, Burjaçot, Paterna, Manizes, & Torrent; descendēdo per torrentem ad mare, cum omnibus intra dicta loca contentis Parochijs, & Alcherijs. Et quòd sex præposituras dictas obrinentes, de illis seruitium faciant sex mensibus, Augusto, Septembri, Octobri, Nouēbri, Decembri, & Ianuario, prout est illis iniunctum. Item crearunt alias tres præposituras de decimis & prouētibus, quæ Capitulo cõpetūt in Episcopatu Valen. citra Xucarū, extra terminos tamē hortæ, in Culleria, & eius terminis, tã vltra, quã citra Xucarū: excepto eo de Calatraua, & de Vcles, & decima carniū, & animalium, & pisciū, & denarijs de Albufera; & alijs exceptis, prout in constitutione. Et q̄ hi tres præposituræ seruiant tribus mēsis Madio, Iunio, & Iulio

& Iulio, prout est illis iniunctum. Item ordinarunt alias tres præposituras de omnibus redditibus, &c. quæ competunt Capitulo Valentino, in Episcopatu, in quibuscunque locis ultra Xucarum, exceptis quæ supra alijs præposituris assignata sunt: adijcientes, & donâtes istis præposituris medietatem omnium fructuum ad Valentinum Capitulum pertinentium, granarij villæ de Algeziræ. Et quod obtinêtes dictas præposituras seruitium faciant tribus mensibus Februarij, Martij, & Aprilis, cum alijs tunc oneribus in cõstitutione expressis. Item statuerunt seruitium, quod præstare debent in soluendo vestuarium, & primam mēsis, Canonicis, & officialibus Ecclesiæ dari solitis, vt ibidem exprimitur. Item statuerunt, quòd si procedente tempore, fructus præpositurarum benedicente domino excreuerint, vsque adeò, vt solutis soluendis augeri possint vestuarium, seu quotidianæ portiones, vel numerus Canonicorũ, vel Ecclesiæ seruatorum, hoc totum relinquitur faciendum cognitioni, & ordinationi Episcopi & Capituli. Item statuerunt, quòd quicquid in futurum accrescet de locis desertis, & hæctenus incultis, totum illud colligant præpositi vsque ad sex annos, ratione præpositurarum suarum. Item statuerunt, quòd cedentibus, vel decedētibus aliquibus præpositis, præposituræ vacantes conferantur alijs Canonicis, habentibus, vel non habentibus præposituras, prout Episcopus, & tota, vel maior, & sanior, pars Capituli viderint expedire. Hugo. Sed postea inter aliquas præposituras, per speciales conuentiones factas cum consensu minorum Episcoporum, & Capituli, sunt factæ diuisiones. Quibus contractibus stare volumus, nulla per hanc innouationem facta mutatione. Act. die, mense, & anno quibus supra. Ex imp. fol. 68. b.

¶ Con.

¶ *Constitutio, quòd præpositi teneantur facere cellaria, & habere torcularia, & fideiussores dare.*

FRater Andreas Episcopus, & honorabile Capitulum statuerunt, quòd sub pœnis expressis, præpositi sex de horta faciant cellaria, & torcularia communia in ciuitate ad recondendum vinum. Præpositi verocitra Xucarum, & extra hortam, apud Murumeterem, & locum de Albal. Qui autem sunt ultra Xucarum, apud Xatiuam, & Gandiam, similia cellaria sub eisdem pœnis faciant. Item ordinarunt, quòd præpositi non admittantur ad percipiendos fructus præpositurarum, donec idoneos, & sufficientes fideiussores de bene administrando præposituras, & solutiones statutas, de vestuario, & alijs portionibus, Canonicis, & alijs personis debitas congruo tempore faciendas, præstent, atque alia onera illis iniuncta compleant, seque, ac bona sua obligent, renunciantes suo foro. A. die, & anno in præcedenti constitutione præfixis. Ex impress. fol. 69. b.

¶ *Constitutio de baiulis Præpositorum.*

FRater Andreas, anno M. cc. lxxvj. decimo Kalen. Aprilis, & honorabile Capitulum, statuerunt, quòd sententiam excommunicationis incurrat præpositus, seu eius baiulus, qui expensas Capituli soluere recusauerit. Item statuerunt, quòd Canonici defuncti per annum post mortem gaudeant portione canonica, & vestuario; dando illa pro vno anniueſario fundando, si debita non habuerit, prout in dicta constitutione decernitur. Item statuerunt, quòd Canonicus non eligens sepulturam in Ecclesia Valentina, careat beneficio huius constitutionis. Demum statuerunt,

5 vt si

vt si qui baiuli & procuratores Episcopi, nec non & præpo-
sitorū, aliquid de parte alterius præpositi, vel Episcopi, siue
domini sui licētia receperint, & id soluere retardauerint
requisiti, excommunicationis sententiam non soluentes
incurrant. Ex impress. fol. 70. a.

¶ *Constitutio trium milium solidorum.*

Vitalis Episcopus, anno domini M.ccc. lvij. septimo
Idus Aprilis, vnā cum honorabili Capitulo, causis,
& rationibus in præsentī constitutione iurata expressis, sta-
tuerunt, & ordinarunt, quatenus de cætero singulis annis
quilibet præpositor dare teneatur, & det cū effectu, vltra
id, quod iam antea Canonicis, & officialibus Ecclesiæ sol-
ueretenebatur in mense suo, thesaurario Ecclesiæ, & Ca-
pituli, in augmentum quotidianum portio nis canonice,
& vestuarij Canonorum, & aliorum Ecclesię seruatorum,
annuatim tres mille solidos Barcinonēses, mille quingen-
tos in festiuitate omnium Sanctorum, & reliquos mille
quingentos in carnis priuio subsequenti. Idque sub pœna
excommunicationis in contrauenientem quempiam ex
præpositis: ac etiam quòd fructus vniuersi, & prouentus
præposituræ eiusdem recusantis, toto illo anno ex integro
communi mensæ Capituli sint eo ipso applicati, diuidendi
in augmentum quotidianæ portio nis, & vestuarij Canoni-
corum, & aliorum Ecclesię seruatorum. Decernentes
neminem ex præpositis admittendum esse ad
possessionem præpositurę, nisi prius præ-
sentem constitutionem obseruā-
dam iurauerint. Act. vt
sup. Ex imp. fol.

Ecclesie Valentinae.

¶ *Confirmatio Apostolica constitutionis de mille quingentis solidis solvendis per prepositos Sedis Valentinae.*

B Vllâ Clementis confirmatur præcedens constitutio triu n millium solidorum per singulos præpositos Capitulo annuatim persoluendorum: insertâ bullæ de verbo ad verbum dicta constitutione, sub dat. Auinnioni, octauo Kalendas Iunij. Pontificatus anno quindecimo. Ex impress. fol. 72. a.

¶ *Constitutio super dandis fideiussoribus per prepositos, ac solvendis vestuario & mensata.*

P Ræfenti constitutione iurata domini Hugonis Episcopi, & honorabilis Capituli, quæ edita fuit xxx. mensis Madij, anno M. cccc. viij. repetuntur duę constitutiones supra positæ ad eas corroborandum, scilicet, quòd fideiussores ad præposituras, dentur ad voluntatem, & electionem Capituli, seque omnino foro Ecclesiæ submittant, proprio que renuntient. Ostenditur etiam casus in quo fideiussores sunt renouandi, de nouo que repetitur, quòd præpositi debent soluere vestuarium prima die Madij, & portionem canonicam, prima quaque die sui mensis: contrafacientibus poena excommunicationis indicitur, quam de facto incurrunt. Act. die, mense, & anno præfixis. Ex impress. fol. 74. b.

¶ *Incorporatio præpositurae mensis Octobris auctoritate Apostolica distributionibus cononicalibus Ecclesie Valentinae.*

¶ *Bulla Clementis Papæ, per quam ex resignatione Amadei*

madei Cardinalis præpositura mensis Octobris motu proprio vnitur, & incorporatur mensæ capitulari Valentinae, pro distributionibus quotidianis Canonorum, & aliorum Ecclesiæ ministrorum, debitis supportatis oneribus præposituræ. Sub dat. Auinnioni, quinto kalendas Aprilis, Pontificatus Clementis anno decimo. Ex impr. fol. 76.a.

¶ *Bulla assignationis pensionum super fructibus præpositurarum vacaturarum.*

BVlla Pauli Papæ II. per quam ad petitionem Roderici Cardinalis, & Episcopi Valentini, ac etiam Canonorum, & Capituli, assignatur pētio super fructibus præpositurarum cūm primum vacarent, nempe super singulis montaneorum, octuaginta; & super cuiuslibet aliarum localium, & de hortis nuncupaturum, quadraginta librarū monetæ Valentinae, quoties singulas illarum vacare contigerit, pro augmento, tam denarij minuti, quam distributionum Canonorum perpetuis temporibus exoluēdas. Sub dat. Romæ apud sanctum Marcum, anno Incarnationis dominicæ. M. cccc. lxy.

¶ *Executio Bullæ Pauli Papæ II.*

PRo executione supradictæ Bullæ Apostolicæ, vacante præpositura mensis Decembris Ecclesiæ Valentinae, per obitum vltimi possessoris, & de ea auctoritate ordinaria prouisum cuidam Frācisco Corts Canonico, possessione consecuta, pro parte procuratoris denarij minuti, ac etiam pro parte: procuratoris distributionum canonicaliū, fuerunt intimatę supradictæ litteræ Apostolicę eidem Frācisco

cisco

cisco Corts Canonico, & præposito Decembris, qui respōdit se promptum atque paratum esse ad soluendam pensionem auctoritate Apostolica super præpositura sua Decembris assignatam in fauorem distributionum canonicarum, & denarij minuti Ecclesie. Prout hæc instrumento publico latiùs continentur. Ex impress. fol. 78. b.

¶ *Requisitio facta per procuratores.*

S Equitur ibidem instrumentum requisitionis per prædictos procuratores factæ dicto præposito mensis Decembris in ampla forma, anno à Natiuitate domini M. cccc. lxx. vigesima tertia mensis Iunij, cum decreto Vicarij generalis, & Capituli, super acceptatione supradictæ Bullæ Pauli Papæ II. Quod decretum iurarunt, & tanquã constitutionem iuratam inter alias Ecclesie constitutiones iuratas domini de Capitulo redigi voluerunt. Ibid.

¶ *Constitutio approbationis tam superioris bullæ Pauli II. quàm alterius constitutionis Vitalis Episcopi super alia pensione per præpositos Ecclesie soluenda.*



R Oderico Cardinale & Episcopo Valentino, eius Vicarius generalis cum honorabili Capitulo statuerunt, & ordinarunt, quòd de cætero quicumque præpositus cuiuslibet præposituræ Ecclesie Valentinæ, antequàm admittatur ad possessionem suæ præposituræ teneatur iurare tam dictam Apostolicam gratiam Pauli II. quàm etiã constitutionem bo. memoriæ Vitalis Episcopi, auctoritate Apo-

te Apostolica cōfirmatam, super mille quingentis solidis super vnaquaque præpositura impositis pro distributionibus canonicalibus. Quam constitutionem omnes vnanimis iurarunt obseruare, atque obseruari facere, mādantes hanc constitutionem in libro constitutionum Ecclesię continuari. Act. xxvij. mensis Iunij, anni M. cccc. lxx. Ex impress. fol. 79. b.

¶ *Applicatio certa partis fructuum præpositurarum mense capitulari.*

E Rardo de la Marcha Cardinali, & administratore Episcopatus Valentini, eius Vicarius generalis cum honorabili Capitulo, præmissis multis grauissimis, ac efficacissimis rationibus, quibus manifesto concluditur, vniuersas duodecim præposituras Ecclesię Valentini, fuisse de fructibus decimalibus, ad mensam capitularem pertinentibus erectas, & dotatas, & per eorum præpositos, tanquã per æconomos Canonicoꝝ administratas, indeque iuxta tenorem fundationis illarum excrecentias, & augmentum fructuum ad Canonicos tanquam veros dominos, non ad præpositos spectare: ideoque crescentibus illis canonicales etiam redditus debere excrecere. Iccircò iuxta formam constitutionis, tam Vitalis Episcopi, quàm de mille quingentis solidis annuatim per singulos præpositos, Capitulo, ac Canonicis soluendis, quàm alterius de octuaginta libris super præposituris montanearum; & quadraginta super singulis de la horta, & localum, quoties vacare contingeret in fauorem Capituli assignatis, & auctoritate Apostolica cōfirmatis pensionibus, præfatas canonicas portiones, & seu distributiones amplius accrescere

scere volentes, statuerunt, & ordinarunt, quòd occurrente similiter vacatione præposituræ, vel præpositurarum, quomodocunque, ac vbicunque ipsas vacare contigerit, quilibet ex præpositurarum mensis Februarij, & Aprilis, quadringentos ducatos: quilibet autem ex præpositis præpositurarum aliorum nouem mensium, centum quinquaginta ducatos, annuatim administratori distributionum canonicalium Capituli, duabus solutionibus ibi expressis, in augmentum quotidianarum distributionum soluere teneantur, & sint astrictis sub pœnis in constitutione contentis. Quæ constitutio iurata fuit per vniuersos de Capitulo. Quodque, nisi iurata ipsa, præpositi ad possessionem suarum præpositurarum admitti non debeant. Act. die xxij. Aprilis, anno M.D. xxxiiij. Ex impress. fol. 80. a.

¶ *Constitutiones duæ domini Vitalis Episcopi, super decimis, & præposituris.*

PRima constitutio domini Vitalis Episcopi anno domini M.ccc.lx. cum honorabili Capitulo edita continet, quòd decimæ non vendantur, nec arrédentur, aut modo aliquo concedantur dominis locorum, seu procuratoribus, curatoribus, tutoribus, & administratoribus eorundem, in quibus huiusmodi decimæ percipiuntur, & est iurata. Altera verò continet, quòd arrendatores præpositurarum, vel alicuius ipsarum, dare habeant fideiussores in ciuitate habitâtes, de faciêdo seruitio, & oneribus persoluedis, ad quæ præpositura ipsa arrendata est astricta, aliàs est ibi excommunicationis sententia lata sub eisdem mense, & anno. Ex impress.

fol. 81. b.

¶ Con-

¶ *Constitutio qua supprimuntur omnes præposituræ Ecclesie Valentinae cum primùm vacauerint.*

FRATER Thomas de Villanoua Archiepiscopus, vnà cū admodum Reuerendo Capitulo Valentino, ex tam multis, honestis, & rationalibus caussis, quas in præsentī cōstitutione suppressionis videre est, quā fusissimè deductis; vnanimis & concordēs, de plenitudine ordinariæ potestatis, volentes constitutionem, creationem, & erectionē antiquas, per quas erectæ, & creatæ fuerunt omnes, & singulæ præposituræ Sedis Ecclesie Valentinae de decimis, & bonis Capituli, in totum tollere, ac supprimere, & earum fructus, & prouentus ad mensam capitularem, vnde exierunt, redigere, ac redintegrare: omnes, & singulas præposituras Ecclesie prædictæ ex nūc perpetuò suppresserunt, cassarunt, & illarum nomen ac denominationem subtraxerunt, & annullarunt, omnesq. illarum fructus iura & obuentiones vniuersas, mensæ capitulari perpetuò applicarūt, redintegrarūt, & incorporarūt. Ita quòd præposituræ ipsæ, ex nūc, cum primùm vacare ipsas cōtigerit, siue per obitum, aut per resignationem, in curia Apostolica, vel extra eam, quocunque modo vacauerint, eo ipso cassæ, extinctæ, nullæ, atque suppressæ censeantur, fructusq. illarum præfatæ mensæ redintegrati, vniti, & restituti habeantur: possitq. dictum Capitulum illorum possessionem liberè apprehendere, & in suos, & Canonorum vsus perpetuò conuertere. Non obstantibus quibuscunq. &c. Act. Valentie, vltima Octobris M.D. liij. Balthazar Abella notario, & scriba. Quæ cōstitutio confirmata est per Bullā Iulij Papæ iij. de verbo ad verbum. Sub dat. Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis dominicæ. M.D. liiij.

Titulus

Titulus V. de iuramentis

Archiepiscopi, Dignitatum, Canonorum,
& Præpositorum.

Iuramentum, quod præstare debet Reuerendiss. D. Archiepiscopus, vel
ipsum procurator antequam ad possessionem admittatur.

Primò, iurat, & promittit seruare Ecclesie fidelitatẽ
&c. Item, quòd nõ cõsentiet diuidi Ecclesiã, seu dioc-
cesim Valentinam in duas, &c. Item iurat cõstitutio-
nem de soluendo fabricæ ante possessionẽ mille florenos,
&c. Item, quòd distributiones Ecclesie non vendantur,
neq. alienentur &c. Item constitutionẽ de Coniudicibus,
&c. Item constitutionem de M. D. solidis soluendis Capi-
tulo per præpositos, in festo omnium sanctorum, & aliam
similem super quantitatibus per eosdem præpositos sol-
uendis in festo Natiuitatis dñi nostri Iesu Christi, & S. Ioã-
nis Baptistæ, &c. Item constitutionem nouam, & veterẽ su-
per vestuario soluendo per præpositos, &c. Item cõstitutio-
nem de dandis distributionibus Canonicis, ac præbenda-
tis, & alijs decem personis, &c. Item iurat constitutionem
confirmatam, per quam dominus Archiepiscopus, Cano-
nici præbendati, & alij dignitatem obtinentes, pos-
sunt de bonis suis, & fructibus dignitatum vnus anni per
obitum testari, &c. Item constitutionẽ iuratam, quòd Ca-
nonici non contribuant in subsidijs, & alijs exactionibus
per Archiepiscopum imponendis, &c. Item quòd domi-
nus Archiepiscopus non mittat ad curias generales, aut
particulares regias, aliquem nobilem laicum, nisi Cano-
nicum, seu presbyterum Ecclesie, vel diocesis Valentinæ.

Item constitutionem iuratam, quòd nullus ad dignitatẽ,

F Ca.

canonicatum, præbendam, & præposituram, admittatur, nisi prius iurauerit constitutiones iuratas Ecclesiæ; & illas pro posse obseruare, &c. Item iurat omnes alias constitutiones iuratas Ecclesiæ, & non iuratas pro posse obseruare. Ex impress. fol. 41. b.

¶ *Iuramentum Canonici nouiter intrantis.*

Primò, iurat, & promittit obedientiam & reuerentiam Reuerendissimo domino Archiepiscopo Valentino, & eius successoribus canonicè intrantibus, & fidelitatem, ac indemnitatem Ecclesiæ Valentinae, tenere, & obseruare. Item iurat constitutionem quòd Ecclesia, & diœcesis Valentina in plures cathedrales Ecclesias, seu diœceses, non sit diuisa, &c. Item iurat constitutionem nouam, & veterem super quantitatibus per præpositos soluendis annuatim, &c. Item iurat constitutionem super exercitio iurisdictionis in Canonicos præbendatos, &c. Item constitutionem secreti Capituli obseruandi, &c. Item iurat omnes alias constitutiones iuratas dicte Ecclesiæ, & non iuratas promittit pro posse seruare. Item iurari etiam debet per Canonicos intrantes constitutio, quæ fuit auctoritate Apostolica confirmata, disponens quòd quilibet præpositus de iuribus suæ præposituræ teneatur singulis annis exolvere M. D. solidos distributionibus fabricæ Ecclesiæ: & quòd, nisi quilibet præpositus, seu eius procurator id iurauerit, non admittatur, vt in constitutione exprimitur. Itē quòd Canonici expectantes teneantur hanc ipsam constitutionem de mille & quingentis solidis similiter iurare.

Iuramentum, quòd dignitatem habēs præstare debet, simile est præcedenti Canonicoꝝ.

Titulus

Titulus VI. de laudibili e- leemosyna Denconesa.



*¶ Constitutio, quòd procurator eleemosynæ audiat cõ-
puta inferiorum suorum.*



Omini de Capitulo vnanimis prouiderunt, quòd Procurator generalis eleemosynæ au-
diat omnia computa administratorum, & pro-
curatorum quorumlibet diætæ eleemosynæ,
& habeat quolibet anno pro salario centum solidos. Ex
impress. fol. 38. b.

¶ Constitutio super firma & approbatione administratorum.

Idem domini de Capitulo statuerunt, vt si contingat
quouis in tempore aliquas proprietates, siue fœuda, ac
prædia ad eleemosynam vbiuis pertinentia, vt quis ven-
dat, & in alias personas transportare velit: Instrumenta ta-
lium venditionum, seu transportationum, per alterũ ex
duobus Canonicis administratoribus, & non per alium,
manu propria in ipsis venditionibus, siue transportationi-
bus scribendo firmari habeant, & laudari, alioqui firma-
tio seu laudatio nulla sit ipso facto. Ibidem.

*¶ Constitutio, quo pacto administratores eleemosynæ duplarum
& anniuersariorum firmare debent in transportatio-
nibus proprietatum.*

CAesare Cardinale, & administratore Archiepiscopatus Valentini, eius Vica. generalis, & honorabile Capitulum constitutione statuerunt, & ordinarunt, quod de cætero administratores laudabilis eleemosynæ, ac anniuersariorum, & duplarum Ecclesiæ, non firment, nec firmare possint in traditionibus, & transportationibus de possessionibus, & proprietatibus tentis, & tenendis sub directo dominio eleemosynæ, & anniuersariorum, & duplarum, nisi præsentibus notario, & scriba Capituli, & procuratore maiore eleemosynæ, proreceptione laudimiorum, & presente collectore census illius collectæ, pro receptione census, & ut cognoscat emphiteotas, & pleraque alia faciant, in dicta constitutione latius contenta, & expressa. Et quod de venditionibus, & transportationibus fiendis, faciant, & facere possint dicti administratores, gratias de laudimijs eis bene visas, & idem constituerunt de administrationibus fabricæ, & Armarij. Postremò decreuerunt, quòd in laudimijs distributionum canonicalium, & sex præpositurarum, del horta nuncupatarum, nulla fieri possit gratia. Ex impress. fol. 39. a.

¶ *Constitutio quòd non possit fieri gratia in laudimijs.*

GEorgio ab Austria Archiepiscopo, Capitulum, & Vicarius generalis constitutione iurata, ordinarunt, quòd de cætero pro laudimijs spectantibus ad administrationes duplarum, & anniuersariorum, & Denconesa, non possit fieri gratia ultra tertiam partem, & pro laudimijs spectantibus ad administrationem canonicam, non possit fieri aliqua gratia, nisi præcedente conuocatione omnium canonicorum præsentium, nullo cõtradicente. Que constitutio irreuocabilis existit, non consentientibus omnibus de Capitulo.

¶ *Ordin-*

¶ *Ordinatio, quòd Rationalis, seu administratores possint definire computa manumissorum illorum qui eleemosynam heredem constituerunt.*

Iacobo Cardinale, administratore perpetuo Ecclesie Valentinæ, eius Vicarius generalis, cum honorabili Capitulo, statuerunt, & ordinarunt, quòd Capitulum, aut Rationalis eleemosynæ, aut quicumq. alij qui per ipsum Capitulum ad hoc fuerint deputati, liberè possint, à quibusvis manumissoribus, & executoribus testamentorum, qui dictam eleemosynam de cætero heredem instituerint, audire, & plenariè diffinire. Ita vt super hoc neq. Ordinarius, neque Christi pauperum procurator, se intromittant, nisi fortè ad instantiam partis priuatę. Aet. vigesima prima Martij, anno M.ccc. xciiij.

¶ Insuper prouiderunt, quòd de cætero Rationalis eleemosynæ, & auditores computorum officialium Sedis, audiant computa, & de eis relationem in Capitulo faciant, & Capitulum ad relationem eorum diffiniat, & absoluat procuratores eleemosynę, & officarios antedictos. Ex impress. fol. 40. a.

¶ *Ordinatio de augendo salario procuratori eleemosynæ.*

Die Mercurij xxviiij. Augusti M. cccc. xx. domini de Capitulo statuerunt, & ordinarunt, quod à modo procurator substitutus eleemosynę, ultra illas triginta libras, quas pro suo ordinario salario annuatim recipit, habeat, & recipiat annuatim quindecim libras: Attento, quòd ab illo tempore citrà, redditus, & fructus eleemosynę

F 3 nę be.

na benedicente domino multum excreuere: ex quo etiã eius negotia, ad ministratio, & labores conduplicati fuerunt, Hoc addito, quod procurator ratione dicti augmenti salarij teneatur habere mulam ad hoc, vt promptius valeat possessiones, & proprietates recognoscere, & negotia eleemosynæ commodius gerere.

¶ Constitutio super distributione signorum eleemosynæ, qua reuocantur signa concessa ad beneplacitum.

Hugone Episcopo vnà cū Capitulo, constitutione statuerunt, & ordinarunt, quòd omnia signa concessa ad beneplacitum personis quibuscumque, ad commune eleemosynæ reducantur, quæcunque beneplacita serie cū præsentis reuocantes, & exinde signa ipsa pauperibus intra ciuitatem degentibus erogentur, modis & formis, quibus in ipsa constitutione latius exprimitur. A die dicto tamẽ quod per huiusmodi distribuendi seriem, & ordinem, nõ intendunt dictorum originalibus institutorum voluntatibus, quatenus contrariæ videntur, in aliquo derogare. Quin potiùs prouiderunt, & mandarunt easdem voluntates ad vnguem sine mutatione aliqua obseruari debere. Actum secunda Iunij, M. cccc. viij. Ex impress. fol. ibid. b.

¶ Constitutio, quòd signa Deconesa dentur siue designentur fabis.

ERardo Cardinali Archiepiscopo, eius Vicarius generalis cum Capitulo, constitutione iurata, statuerunt, & ordinarunt, quòd signa laudabilis eleemosynæ de cætero,

tero, dum pro tempore vacabunt, dentur per vota Canonorum: quæ vota debeant per fabas in sacculis appendēdis, vt fieri consuevit, dari, & non aliàs, aliter, nec alio modo: Et quòd sub pœna excommunicationis latę sententię promulgandę à Vicario generali, nullus audeat dicere, neque propalare, quis cui dedit votum suum, & quod debeat illa, quæ ibi gesta fuerint sub secreto tenere. Actum die tertia mensis Aprilis, anno domini M. D. xxxvij. Ex impress. fol. 41. a.

¶ *Constitutio, quòd in domo eleemosynæ non possit legi nisi facultas Theologica.*

Domini de Capitulo cum Vicario generali ordinarunt, quòd in domo eleemosynæ Sedis, nō possit legi scientia cuiuscunque facultatis existat, siue legum, aut Canonum, nisi dumtaxat Theologica, quæ ibidem legi est consuetum. Ex impress. fol. 116. a.

¶ *Constitutio, quòd ibidem non possint laici habitare.*

Iacobo Cardinale Sabinense, administratore Episcopa tus Valentini, Vic. generalis, & Capitulū, die. xx. Decēbris, anni 1393. constitutione iurata statuerunt, & ordinarunt, quòd nulli de cætero laico, nobili vel militi, civi aut generoso, seu alij cuiusuis ordinis status, & conditionis existat, neq. per Episcopum, neq. per Capitulum, hospitium, siue domus laudabilis eleemosynæ Sedis possit concedi ad inhabitandum, vel hospitandum, ad tempus, seu in perpetuum, sed tantum ad seruitia Ecclesię, & ipsius elemosinę, vt in constitutione disponitur. Quemadmodū & alia quoq. cōstitutione sub die nona Iulij, anni M. cccc. xcviij.

F 4 quæ

quæ habetur sub titulo, de his quæ pertinent ad hebdomadarios, constitutione tertia edicto cauetur, ne vnquam de cætero in domo eleemosynæ Sedis habeantur animalia vlla ad equitandum per præpositum, seu capellanum maiorem, dictæ eleemosynæ, aut clericos quoscunq. vel laicos, nec etiam mulieres: excepto quòd idem præpositus, seu capellanus maior possit & valeat vnâ tantum ancillam antiquam, seu præcipuam pro suo honesto seruitio habere: sub pœna inibi expressa, vnius scilicet, solidi pro quolibet die, quo fecerint cõtra edictum huiusmodi. Act. fuerunt hæc in camera dicti domini Cardinalis, & Episcopi, die, mense, & anno præfixis. Ibidem.

¶ *Constitutio, quòd hospitium de Benimaclet nulli possit locari.*

Hvgone Episcopo, eius Vicarius generalis cū honorabili Capitulo, die vij. Ianuarij, anni M. cccc. xxiiij. similibus de causis statuerunt, & ordinarunt, quòd hospitium, quod dicta eleemosyna habet, & possidet in loco de Benimaclet, nulli valeat ad hospitandum, vel commorandum ad tempus, vel ad in perpetuum, locari, tradi, nec etiam commodari, dominis Episcopo, & Canonicis de Capitulo Sedis dumtaxat exceptis. Quæ constitutio est iurata, & sententia excommunicationis in contrafaciētes munita. Act. die, mēse, & anno prædictis. Ex impref. fol. 117. a.

¶ *Constitutio de non admittendis resignationibus signorum eleemosynæ, nisi sub certis conditionibus.*

Fratre Thoma de Villanoua Archiepiscopo, eius Vicarius

vicarius generalis cum Reuerendo Capitulo statuerunt, & ordinarunt, quòd si quis habens signum laudabilis elemosynæ Denconesa, illud alicui resignare voluerit, eius non possit admitti resignatio per Capitulum, nisi præcedente conuocatione, & maiore parte Capituli consentiente: & quæ effectum non habeat nisi post viginti dies ab ipso admissionis die computandos: ita quòd si decesserit resignans antea, tunc signa nõ per resignationem, sed per obitum vacare censeantur: Et tali casu conferantur cum fabis, vt moris est; quòd si integros viginti dies resignans superuixerit, conferantur ei in cuius fauorem facta fuit resignatio; tollitur enim omnis facultas admittendi coadiutores. Quæ constitutio iurata est, atque vno contradicente irreuocabilis. Act. die vigesima quinta mensis Augusti, anno M.D. xlvj.

¶ Constitutio, quòd resignationes signorum, nisi præcedente edicto tanquam vacantium per obitum admitti non possint.



Fratre Thoma Archiepiscopo, eius Vicarius generalis cum Reuerendo Capitulo statuerunt: addentes constitutioni supradietæ, quòd si quis signa alteri in manibus nostris resignare voluerit, non admittatur, neque signa eiusmodi concedantur, nisi facto edicto, præcedente conuocatione, & cum fabis, modo & forma, quibus alia signa per obitum vacantia conferri solent; contrarium nullius esse roboris decernentes. Quæ constitutio iurata est, & vno contradicente irreuocabilis. Act. die xvij. mensis Aprilis, anno M.D. lj.

F 5 Con-

¶ *Constitutio de laudimijs quando sit concedenda gratia, quando neganda.*

FRatre Thoma Archiepiscopo, eius Vicarius generalis cum Reuerēdo Capitulo, dubium omne tollentes ab alia constitutione, edita anno 1541. de laudimijs, statuerunt, & ordinarunt, quòd constitutio prædicta comprehendat omnes administrationes Ecclesiæ. Ita quòd de cætero in quibuscunque administrationibus, pro laudimijs nõ valeat fieri aliqua gratia ultra tertiam partem: in administratione autem canonicali nulla penitus, nisi præcedente conuocatione omnium Canonicorum præsentium, ac nullo contradicente. Quæ constitutio iurata est, atque vno contradicente irreuocabilis. Act. die xxviiij, Nouembris, anno M.D.xlviiij.

¶ *Constitutio de distribuendis quolibet anno centum libris pro meritandis puellis, & captiuis redimendis de eleemosyna Petri Garro.*

FRatre Thoma Archiepiscopo, eius Vicarius generalis cum Reuerendo Capitulo, statuerunt, & ordinarunt, circa executionem eleemosynæ centum librarum singulis annis, quondam Petri Garro, quòd de cætero qualibet die ij. mensis Ianuarij cuiuslibet anni fiat edictum publicandum in Sede & Parochialibus Ecclesijs sancti Martini, sancti Ioannis de Mercato, & sancti Nicolai, ciuitatis Valentiniæ, & affigendum tam in valuis dictarum Ecclesiarum, quàm in domo eleemosynæ Denconesa, tenoris videlicet, quòd Reuerendum Capitulum intendit centum illas libras monetæ regaliæ Valentiniæ, quas quondam
Petrus

Petrus Garro annuatim erogandas reliquit pro maritan-
dis orphanis puellis, & captiuis redimendis; die Veneris
secundæ septimanæ Quadragesimæ conferre. Iccircò cõ-
pareant, qui maximè de parentella dicti Petri Garro fue-
rint, coram Reuerendo Capitulo, vbi elapso termino, ple-
neque examinatis gradibus parentellæ, necnon alijs pau-
pertatis, & personarũ qualitibus, fiet dicta die Veneris
distributio dictarum centum librarum; seruata vnicuique
sui gradus, qualitatis, atq. meriti exigentia, & iustitia. Nã
quamuis inter puellas orphanas, & captiuos pauperes de
ciuitate, dicta eleemosyna distribuenda sit: tamẽ propria
testatoris voluntate expressa, qui de eius parentella inue-
nientur petentes, alijs non consanguineis omnino ptæfe-
rendi erunt. Mandantes extunc procuratori maiori elee-
mosynę, vt ipsas centum libras præstò, atque paratas ha-
beat ad soluendum. Quæ constitutio iurata est, & vno con-
tradiciente irreuocabilis.

¶ *Constitutio, quòd signa eleemosynæ non cessionentur.*

E Rardo dela Marcha Cardinale, & Archiepiscopo Va-
lentino, eius Vicarius generalis cum Reuerendo Ca-
pitulo prouiderunt, & mandarunt, quòd nemo ex haben-
tibus signa laudabilis eleemosynę Sedis, possit cessionare
alteri signum aliquod, ne lites inde suboriantur, & procu-
ratori soluenti signa perturbationis occasio fiant. De quo
ediçto publicatio facta est per Ecclesias Parochiales ciui-
tatis. Act. die. xviii. Ianuarij, anno M. D. xviii.

¶ *Constitutio, quòd nõ possint dari signa eleemosynæ habitantibus
extra ciuitatem, & de reuocatione eiusdem.*

Alfon

Alfonso Archiepiscopo, eius Vicarius generalis, & Reuerendum Capitulum constituerunt super signis laudabilis eleemosynæ, quæ hæctenus absentibus à ciuitate, & alibi commorantibus, dari solita erant, virtute licentiarum, siue specialium gratiarum à Capitulo obtentarū; quòd de cætero non possint dari concedivè similes licentiæ ad recuperandum signa pro absentibus à ciuitate alibi commorantibus, nisi per omnes de Capitulo, nemine contradicente. Quæ constitutio iurata est, & vno contradicente irreuocabilis. Act. quarta Maij, M. D. xv. Hæc constitutio postea fuit à Capitulo reuocata, asserentibus, atque de iure probantibus aduocatis Capituli, nequaquã posse excludi à perceptione eleemosynæ consanguineos institutorum extra ciuitatem degentes; cùm hi ab institutoribus, neque tacitè, neque expressè excludantur, & sic admittantur ad petitionem signorum, perinde ac si in ciuitate degerent.

¶ *Constitutio, de non soluendis signis, nisi elapso certo tempore à die vacationis.*

ERardo Archiepiscopo, eius Vicarius generalis cum Reuerendo Capitulo prouiderunt, & ordinarunt, quòd de cætero quoties vacauerit signum aliquod laudabilis eleemosynæ illud conferri non possit, nisi elapsis quatuor mensibus à die vacationis computandis. Quòd si infra illos dari contingat, exigi solutio non possit, nisi totidem elapsis quattuor mensibus à die vacationis, vt prædicitur, computandis. Act. die septima Octobris, M. D. xxvij.

¶ *Prouisio de procuratoribus eleemosynæ, qualiter signa soluere debeant, cum alijs prouisionibus.*

Domi-

Domini de Capitulo prouiderunt, quòd procuratores eleemosynæ non soluant signa aliqua, nisi burfario eleemosynæ in pecunia numerata, & non aliter, die 8. Aprilis M. D. xxv. Item quòd negotia propria dominorū Canonorum, determinentur per vota secreta cum fabis in sacco, die xxv. Iunij M. D. xxxix. Item quòd non possit fieri gratia laudimiorum nisi præcedente conuocatione. Sub die xix. Decembris M. D. xxxix. Et quoniam in præcedentibus constitutionibus in specie fit plenior determinatio de singulis, intermittuntur in præsentiarum.

¶ Constitutio super distributione residui, & laudimiorum administrationis eleemosynæ inter cantores, & alios Ecclesiæ ministros.



Reuerendis. D. Franciscus de Nauarra Archiepiscopus cum Reuerendo Capitulo, statuerunt & ordinarunt honestis, admodum, prout in constitutione habetur, de caussis, quòd perpetuis futuris temporibus signa eleemosynæ, illa videlicet, quæ præcedente edicto ex defectu parentellæ à nullis fundatorum cōsanguineis fuerint requisita, vnà cum laudimijs ac residuis, quæ superesse solent, quātitatibus, quæ iuxta eorundem institutorum mētem possunt, ac debent distribui, nō inter certas personas, sed indifferēter, ac promiscuè, inter pauperes ciuitatis; de cætero, prout visum fuerit Reuerendo Capitulo, & Canonicis, nemine cōscrepante, distribui possint ac distribuantur inter cantores, ac alios Ecclesiæ ministros, necnon pauperes, & seu infirmos sacerdotes, aliasque personas indigentes, & in inopia constitutas. Pacto tamē adiecto, quod
si vllō

si vlllo vnquam tempore inuenti fuerint consanguinei, & de parentella institutorum talium signorum, qui ad ea petenda sese vt tales opposuerint, tali casu, Capitulum, & successores teneantur ad dictos consanguineos admittendum, ipsisque ius suum legitimè probantibus, eiusmodi signa, & eleemosynas conferendum; non obstante, quòd ab immemorabili tempore ordo fuerit in contrarium. Quæ constitutio iurata est, & vno contradicente irreuocabilis: est etiam auctoritate Apostolica per Pium Papam Quartum confirmata. Sub dat. Romæ, anno M. D. lxiij. xij. Kalendas Decembris. Actum xx. Aprilis, anni M. D. lxiij. Ioanne Alamany notario & scriba.

*¶ Constitutio super administratione censualium pretij
de Burjaçot ad eleemosynæ administrationem pertinentium.*



Illustris. & Reuerendis. Ferdinandus de Loazes Patriarcha Antiochenus, & Archiepiscopus Valentinus, vnà cum Reuerendo Capitulo attendentes, quòd pretium quindecim mille & ducentarum librarum monetæ Valentini, quod resultauit ex venditione loci de Burjaçot cum omnibus suis terminis, iuribus, & iurisdictione, in euidentem vtilitatē administrationis pauperū eleemosynæ dictæ Dencoesa facta, ac cēsus ex dicto pretio provenientes, in censualibus per magnificos Iuratos præsentis ciuitatis Valentini, super bonis eiusdem vniuersitatis oneratis soluēdi sunt: ac volentes quòd eiusmodi censualia ad opus dictæ eleemosynæ, & illius pauperum vtilitatem, perpetuò conseruentur; statuerunt, & ordinarunt, quod

quod quotiescunque aliquod ex dictis censualibus redimatur, & quietetur, pretium, seu proprietas illius, in Sacristia dictae Ecclesiae, vel in tabula Valentina deponatur, & inde non extrahatur, nisi de Ordinarij licentia, ad opus onerandi, & resmerciandi illud super dicta Vniuersitate Valentiae, seu generalitate, aut alia vniuersitate secura praesentis Regni; & nisi ad dictos effectus, pretia dictorum censualium à Sacristia, vel tabula nullo modo extrahantur, ac neque in aliud vnquam conuertantur, distribuantur, neque applicentur; etiam ex quacunque alia causa, & necessitate, quantumcuque qualificata vrgenti aut necessaria. Idque per dictum Capitulum, & Canonicos, ac eorū successores obseruari debere, & ad effectum perpetuo deduci. Mandauit idem Reuerendissimus dominus Archiepiscopus, sub excommunicationis poena, quam extunc prout exnunc in contrauenientem quemcunque tulit in his scriptis. Decernentes praesentem constitutionem reuocari nō posse, neque in aliquo commutari, vno ex Canonicis contradicente. Quam etiam iurarunt cum omnibus, & singulis in ea contentis decretis. Actum in palatio Archiepiscopali, die xxj. mensis Februarij, anno M.D.Lxviij. Ioanne Alamany notario & scriba.

¶ *Constitutio reuocatoria duorum constitutionum super habitatione domorum de Benimaclet, & elemosynae ciuitatis.*



SEde Pastore carente, domini de Capitulo constituerunt, & ordinarunt, q̄ licet per constitutionē aliās editā, decretum fuit, q̄ domus de Benimaclet nemini posset locari;

locari ad inhabitandum, tamen iustis de causis commutata, siue reuocata præfata constitutione decreuerunt quòd dicta domus detur, & concedatur inquilino ad inhabitandum, ne ob desertionem, ipsam demoliri contingat. Idque ad beneplacitum Reuerendi Capituli, præcedente conuocatione. Ac insuper reuocarunt aliam quoque constitutionem, qua fuit ordinatum, quòd in domo eleemosynæ non possint habitare laici. Nam similibus etiam atque honestis de causis decreuerunt etiam, quòd dicta domus eleemosynæ valeat, & possit concedi ad inhabitandum personæ seu personis ipsi Capitulo, præcedente etiam conuocatione, benè visis. Actum die secunda mensis Iunij, M.D.Lxviii. Ioanne Alamany notario & scriba.

✠

Titu.

Titulus VII. de his quæ spe Etant ad beneficiatos.

¶ Constitutio de beneficijs instituendis.

Vitalis Episcopus, vnà cum honorabili Capitu-
lo, statuerunt, quod de cætero quicunq. in Se-
de Valentina, beneficium dotare voluerit, nō
admittatur nisi redditus beneficij ad minus
summam viginti librarum regalium Valentiaë attingant.
Et quòd teneatur idem institutor perpetuò in eadem Ec-
clesia anniuersarium quinquaginta solidorum dictæ mo-
netæ instituere. Adijcientes, quòd in alijs Ecclesijs ciuita-
tis, vel diocesis Valentinaë, non admittatur similis institu-
tio beneficij, nisi saltem summam quindecim librarum at-
tingat: ac etiam anniuersariorum per modum qui sequi-
tur: videlicet, si in ciuitate Xatiuę instituatur anniuersariū
sit xxx. solidorum: si vero in Muroueteri, vel in oppido
de Algezira xx. solidorū, si in alijs locis ciuitatis, vel dioc-
esis. decem solidorum. Ex impress. fol. 89. a.

¶ Constitutio per quam beneficium vnitur magistro scholæ cantus ad nutum, & amobibile.

Episcopus & Capitulum, die vigesima sexta Februarij,
anni M. Cccc. xx. ordinarunt, & voluerunt, quòd pri-
mum vacans beneficium valoris quindecim vel viginti
librarum ad præsentationem, collationem, seu dispositio-
nem ipsorum communiter, vel diuisim pertinens, adiun-
gatur,

G

gatur,

gatur, & perpetuo vniatur officio seu magistro scholæ can-
tūs Sedis Valentinae: qui tamen dictas scholas teneatur
regere, ac diuinis officijs in Ecclesia interesse, & quod sit
ad nutum ipsorum Episcopi, & Capituli amouibile. Ex
impress. eod. a.

¶ *Constitutio de tertia parte reddituum beneficiorum,
& quomodo distribui debeat.*

Roderico Cardinali Episcopo Valentino, eius Vica-
rius generalis cum honorabili Capitulo Valentino,
statuerunt, & ordinarunt, quod tertia pars redditus bene-
ficiorum omnium in Sede institutorum, quibus per bene-
ficiatorum absentiam, vel negligentiam, minimè deserui-
tur personaliter, & per constitutiones Ecclesiæ ad substi-
tutos talium beneficiorum olim peruenire solebat, confe-
ratur, & deueniat ad manus presbyteri per Capitulum e-
ligendi, qui illam colligat & recipiat, & alterius, qui illam
distribuat inter illos presbyteros, quos loco substituto-
rum ad Missas celebrandas ijdem Episcopus, & Capitu-
lum duxerint eligendos. Residuum vero, quod supererit,
distribuat inter essentibus in horis canonicis diurnis, &
nocturnis. Act. fuit die octauo mensis Iulij, anno M. cccc.
lix. Ex impress. 89. b.

¶ *Bulla super tertia parte fructuum soluenda per be-
neficiatos absentes.*

Bulla Pij Papæ III. per quam confirmatur præcedens
constitutio super tertia parte reddituum, beneficio-
rum: & quomodo distribui debeat. Sub dat. Mantuæ, an-
no,

Ecclesie Valentinae.

99

no incarnationis dominicæ, M.cccc.lix. decimo Kalend.
Septembris. Pontificatus eiusdem anno primo.

¶ *Constitutio, quòd beneficiati non admittantur ad per-
catia, nisi prius soluant debita præde-
cessorum.*

Erardo de la Marcha Cardinali, & Archiepiscopo, e-
ius Vicarius generalis cum honorabili Capitulo, sta-
tuerunt, & ordinarunt, quòd de cætero nullus in dicta Ec-
clesia beneficiatus ad percatia, & emolumenta Ecclesiæ
admittatur, nisi omnia & singula sui prædecessoris debita,
& alia onera ipsi beneficio incumbentia, iuxta cõstitutio-
nes, & laudabilem consuetudinem ipsius Ecclesiæ, hæc-
tenus obseruatas prius & ante omnia habentibus admini-
strationem tertiorum, ac duplarum, & anniuersariorum,
ac alijs Ecclesiæ ministris integrè, realiter, & cum effectu
persoluat. Act. xxiiij. mensis Aprilis, anno M. D. xxxiiij. Ex
impress. fol. 91. a.

¶ *Constitutio, quòd nullus admittatur ad percatia Ecclesiæ, nisi
fuerit verè beneficiatus.*

Eodem Erardo Cardinali, Archiepiscopo Valentino,
eius Vicarius generalis cum honorabili Capitulo, cõ-
stitutione irreuocabili, constituerunt & ordinarunt, quòd
nullus ad percatia Ecclesiæ admittatur, nisi sit verè bene-
ficiatus in dicta Ecclesia, & pro tali per nos admis-
sus. Actum die decima octaua Mensis Fe-
bruarij, anno M. D. xxxvj. Ex
impress. fol. 91. b

G 2

¶ Con

¶ *Constitutio de ordine seruando circa celebrandas Missas
beneficiorum Ecclesie.*

GEorgio ab Austria Archiepiscopo Valentino, eius Vicarius generalis cum Reuer. Capitulo, cupientes celebrationem Missarum beneficiorum, in Sede institutorum, quæ sub varijs, ac diuersis celebrandi modis in eorum institutionibus expressis relictæ sunt, ad germanam eorum intelligentiam redigere; ac iuxta institutorum mentem, veram celebrandi formam beneficiatis præscribere; breuiter hæc in summa statuerunt & ordinarunt. In primis, vt fiat vnus liber, in quo numerus Missarum, ad quas celebrandas quilibet ex beneficiatis ratione sui beneficij, aut aliàs tenetur, ac etiam annualium, & votiuarum, aut testamento relictarum, describatur, & annotetur. Qui liber autenticus ac in Archiuio Ecclesie reponatur, eiq. fides indubia adhibeatur. In quo etiam seu in eius manuali, quilibet beneficiatus Missas a se celebratas, manu propria scribere tenetur: & quod Canonicus, siue capellanus ad id deputati singulo quoque quadrimestri inquirant, num beneficiati dixerint Missas, præsertim ad quas ratione beneficiorum suorum tenentur: Quodque non celebrantibus poena indicatur, & Missæ intermissæ capellano, expensis intermittentis, dicendæ committantur. Item nequis ex beneficiatis, circa onus Missarum sibi incumbentiū dubitet pro varietate clausularum institutionis sui beneficij, declararunt, quod institutio loquitur impersonaliter, scilicet, quod quotidie, vel expressè quod per se, vel per alium celebret, seu faciat celebrare; tunc intelligitur quod talis beneficiatus quotidie celebret, vel per se, vel per aliū, sub poena ante dicta. Si verò simpliciter institutio dixerit, quod beneficiatus celebret

celebret quotidie, perpetuo, vel assidue, neque apposuerit, per se, vel per alium, intelligendum est, quod celebret non quotidie, sed quanto frequentius poterit, ac quod legitimo impedimento cessante, debeat semper celebrare. Si vero per hebdomadam à celebratione abstinerit, causam impediendi eisdem Canonico, aut Capellano, quibus supra, exponere teneatur: quæ si inutilis, ac vitiosa fuerit, prædicti, relictas Missas, eiusdem prætermittentis expensis, alteri celebrandas committant: & quod Subsacristæ, & alijs Missarum distributoribus præcipiatur, ne ultra Missas eidem intermittenti dent ad celebrandum: Ac etiam quod si talis beneficiatus intermittens, repertus fuerit pro alijs, quàm pro suo beneficio Missas celebrare, puniatur in quinque solidis pro qualibet vice. Quod si institutor aliter de Missis dicendis non disposuerit, tunc quilibet beneficiatus pro qualibet libra ex redditibus beneficij teneatur tres Missas quolibet anno celebrare. Idque intelligi debeat de beneficiatis residentibus in dicta Ecclesia. Nam quoad absentes volumus constitutiones, & litteras Apostolicas circa tertios, vt dici solet, beneficiorum ob absentiam disponentes, inuiolabiliter obseruari, habitata ratione tamen eorum, qui antequam se absentarunt, Missas prædixerunt. Demum vt melius satisfiat deuotioni institutorum, prouiderunt quod beneficiati annuales celebrent in suis proprijs capellis, & similiter fiat de Missis beneficiorum absentium. Quæ constitutio iurata est, & vno contradicente irreuocabilis. Act. 16. Madij, 1541.

¶ *Constitutio de ordine seruando circa celebrandas Missas tam beneficiorum Ecclesie quàm etiam votiuas.*

G 3 Illus.

Illustris. ac Reuerendis. DD. Ioannes de Ribera Ar-
 chiepiscopus Valentinus, & Patriarcha Antiochenus,
 in generali visitatione Archiepiscopatus, quàm habuit
 xx. Decembris anni 1576. incipiens à Metropolitana Se-
 de Valentina: Inter alia agens de ordine qui circa celebra-
 tionem Missarum, tam beneficiorum in Ecclesia fundato-
 rum, & institutorum, quàm etiam votiuarum, & vt dicunt,
 aduentitiarum, haberi debet, vt commodè, atque seruato
 ordine voluntati, ac suffragio illas relinquētium satisfiat,
 & omnis abusus, & perturbatus ordo hactenus in celebrā-
 do habitus, de medio tollatur; Constitutionem edidit, de
 consilio Reuerendi Capituli, per quā duos officiales crea-
 uit, vnum videlicet Rationalem, & vnum collectorem, ad
 colligendam, & soluendam charitatem Missarum: Qui-
 bus ordinem atque modum seruandum in ipsa collectio-
 ne & distributione Missarum, per libros cum suo compu-
 to, & ratione præscripsit. Quam constitutionem xx. capi-
 tulis expressam, & declaratam distinxit; & quoniam ean-
 dem in quadam magna tabula in Sacristia appensa paten-
 tibus literis exarari iussit: ibique ipsam videre est, ac le-
 gere cuiquam in propatulo: Iccircò singulorum ca-
 pitulorum enarrationem hinc prætermittendā
 duximus. Quæ fuerunt. Act. die, men-
 se, & anno præfixis. Petro Lo-
 pez, notario & scri-
 ba.

Bene-

Beneficia in Sede Valenti-

na per diuersos instituta, quorum collatio, seu præsentatio pertinent ad dominum Archiepiscopum simul cum Capitulo, aut Capitulo, & Dignitatibus, seu Præpositis insolidum.

- B**eneficium institutum per Ioannem de Borgues Canonicum & præpositum, pertinet ad præsentationem præpositi mensis Aprilis, habet in redditibus. 20. sol.
- Item beneficium institutum in capella sanctæ Lucie per Octavianum Malferit Canonicum ad præsentationem Episcopi, & Capituli, est vnitum Rectorie del Real, valoris. 23. lib. 13. solid.
- Item beneficium institutum Iesu Christi, & eius spinæ, per Iacobum de Albalat Sacristam Sedis, ad collationem, seu præsentationem Sacristæ, & Subsacristæ Sedis, valoris. 12. lib.
- Item beneficium institutum per quondam Aguilo Canonicum ad præsentationem domini Episcopi, & Capituli, valoris. 18. lib.
- Item beneficium in capella sancti Bernardi, & sancti Aegidij, institutum per Iacobum Conill ad præsentationem

- tationem Episcopi, & Capituli, valoris. 20. lib.
- Item beneficium institutum in capella sanctæ Eulaliæ,
per Petrum de Centelles Præcentorem Sedis, ad
præsentationem præcentoris. 20. lib.
- Item beneficium institutum per Guillermmum Mulum
Canonicum, ad præsentationem eiusdem præcen-
toris valoris. xv. lib.
- Item beneficium institutum in capella omnium San-
ctorum, per Raimundum Desponç Episcopum, sunt
patroni administratores eleemosynæ Sedis, valo-
ris. 33. lib.
- Item beneficium institutum in eadem capella omnium
Sanctorum per ipsum dominum Episcopum, est pa-
tronus præpositus dictæ eleemosynæ, valoris. 21. l. 5 s.
- Item aliud beneficium institutum in eadem capella per
dominum Episcopum, sunt patroni administratores
dictæ eleemosynæ, similis valoris. 21. lib. 5. solid.
- Item beneficium institutum in capella sancti Narcisi
per Berenguarium de Pau militem, ad præsentatio-
nem domini Episcopi, & Capituli, valoris. 15. lib.
- Item beneficium institutum in capella sancti Ioannis E-
uangelistæ, per Raimundum de Montcnyà Canoni-
cum, sunt patroni Sacrista, & Præpositus eleemosy-
næ, valoris. 16. lib.
- Item beneficium institutum per Raimundum de Buccè
Item

ni, est patronus præpositus eleemosynæ Sedis, va-
loris. 15. lib.

Item beneficium institutum in capella sanctissimæ Tri-
nitatis per Guillerimum de Valluert Canonicum, &
præpositum Sedis, ad præsentationem Episcopi, &
capituli, valoris. 20. libr.

Item beneficium aliud institutum in eadem capella per
dictum Guillerimum ad præsentationem Episcopi,
& Capituli, valoris etiam. 20. lib.

Item aliud beneficium institutum in eadem capella, per
dictum Guillerimum ad præsentationem Episcopi,
& Capituli, similis valoris. 20. lib.

Item beneficium institutum per Raimundū, Genta præcē-
torem, ad præsentationem præcentoris, valoris. 18. li.

Item beneficium institutum per Iacobum de Navarra
Canonicum, & præcentorem, ad præsentationem E-
piscopi, & Capituli. Ex impress. fol. 123. b.

¶ Beneficia Sedis, quorum collatio, seu præsentatio
pertinent ad Archiepiscopum tantum.

Primò, beneficium in capella sancti Michaelis insti-
tutum per Episcopum habet in redditibus. 20. lib.

Item aliud in eadem capella institutum per eundē Epi-
scopum

- scopum, valoris. 20. lib.
- Item beneficium in capella beate Magdalene, institutum per Pontilianum, & Garriga Archidiaconum Xatiana, valoris. 27. lib.
- Item beneficium in eadem capella institutum per dominum Gizbertum Episcopum Valentinum, valoris. 17. lib.
- Item aliud beneficium in eadem capella per eundem Episcopum, valoris. 20. lib.
- Item beneficium in capella sancti Augustini, institutum per Guillerimum Arenys, valoris. 32. lib.
- Item beneficium in capella sancti Benedicti, institutum per Bernardum de vila de Corts, ciuem Valentinum, valoris. 13. lib.
- Item beneficium institutum per Guillerimum Iuliani Portarium, valoris. 15. lib.
- Item beneficium in capella omnium Sanctorum institutum per Ferrarium Spinauull notarium, pertinet ad presentationem officialis Valentini, valoris. 15. lib.
- Item beneficium institutum per dominum Tamarit, & Franciscam coniuges, valoris. 15. lib.
- Item beneficium institutum per Raimundum de Pujol Canonicum, & prepositum Sedis, valoris. 36. lib.
- Item beneficium in capella sancti Spiritus, quod obtinet hebdomadarius primus, & est perpetuo hebdomadarie unitum, valoris. 20. lib. 17. solid.

Items

Item beneficium institutum per Petrum de Lara Canon-
nicum, valoris. 18. lib.

Item beneficium institutum per Petrum Llopiz de Bell-
xir, valoris. 27. solid.

Item beneficium conuersionis Pauli in Palatio domini
Episcopi, institutum per ipsummet Episcopum.

Item beneficium in capella sancti Spiritus, vel omnium
Apostolorum, siue expressione valoris.

Item beneficium quod obtinet Petrus Martini in Sede,
neque habet propriam capellam, sine expressione
valoris.

Item in Parochia sancti Nicolai ciuitatis Valentinae,
in altari maiori sub inuocatione S. Petri Martyris.

¶ Constitutio de beneficijs instituendis, & quod beneficium
annuale non admittatur.

L Vdouico Cardinali Episcopo Valentino, eius Vica-
rius generalis cum honorabili Capitulo, Paschale re-
presentantes, adijcientes constitutionibus antiquis super
beneficijs in ciuitate. & dioecesi Valentina, instituendis e-
ditis, constituerunt, quòd à modo instituens beneficium
in Ecclesia Valentina, duplam, & aniuersarium dotatio-
nis annuæ quindecim librarum monetæ Valentinae; in a-
lijs verò Ecclesijs ciuitatis, quinquaginta solidos, pro ce-
lebratione vnius vel duorum aniuersariorum consigna-
re teneatur. Constituerunt etiam quòd beneficiū annua-
le in

le in dicta maiori Ecclesia amplius non admittatur, neq. in alijs Ecclesijs ciuitatis. Act. die xij. mensis Augusti, anno M.D.j.

¶ *Constitutio alia de beneficijs nouiter instituendis, & de quantitate.*

Ioanne de Ribera Archiepiscopo, eius Vicarius generalis, & honorabile Capitulum, statuerunt & ordinarunt, quodammodo quicumque beneficium simplex, seu capellaniam in Sede voluerit instituere; ad hoc vt eius Capellanus admittatur ad distributiones Ecclesie, percatia vulgò dicta, more aliorum beneficiorum; teneatur, vltra ipsum corpus beneficij instituendi, tradere & consignare ipsi Ecclesie, seu administrationi duplarum, & anniuersariorum, ad minus trigintaquinque libras monetæ Valentinae, in annuis redditibus esmerciatas, vt vulgò dicitur, ad rationem vnus solidi, pro vnaquaque libra, & non alias, &c. Prouiso tamen quòd penes Capitulum maneat facultas admittendi, vel nõ, dictorum beneficiorum institutiones, & consignationes censualium, ac iuxta occurrentiam temporum, aliquod vltra dictas triginta quinque libras addere, ac neque possit ad eas acceptandum vlllo vnquam tempore, si Ecclesie minimè fuerit expediens, compelli. Quæ constitutio iurata est, & vno contradicente irreuocabilis. Actum xij. Octobris, M. D. lxxiiij. Petro Lopez notario & scriba Capituli.

¶ *Dotatio Vicaria perpetua sancti Petri Sedis Valentinae, & de eius augmento.*



Mar-

Martino de Ayala Archiepiscopo, eius Vicarius generalis, & Reuerendum Capitulum, volentes Vicariã perpetuam sancti Petri Sedis, quæ olim Canoniatui eiusdem perpetuò auctoritate Appstolica vnita erat: & postea eadem auctoritate vnio dissoluta, ob eius tenuitatẽ fructuum, quibus vix se potest Vicarius sustentare, maioribus eam redditibus, atque emolumentis dotare; statuerunt & ordinarunt, quòd de cæterò, Vicario perpetuo sancti Petri, eiusque successoribus, perpetuis futuris temporibus, pro eorum congrua sustentatione dentur, ac tribuantur omnia, & singula percatia, obuentiones, & oblationes, erogari solitæ per Christi fideles, & quæ in posterum erogabuntur, intus capellam sancti Petri, necnon charitates, quæ per eosdem gratiosè tribui solent, quando ministrantur per ipsum sacramenta Baptismi, Extremæ vnctionis, Missarum nuptialium, & Eucharistiæ, ac in quibusuis Iubilis, tam intrà, quàm extra capellam, modo Vicario, seu eius substituto offerantur. Ac insuper eidem, & successoribus, pro ampliori dote, perpetuò concesserunt commodam pro se, & familia ipsius, habitationem in domo elemosynæ dictæ Sedis, per Reuerendum Capitulum assignandum, cum alijs requisitis in dicta constitutione, & dotatione contentis. Actum die quinta Decembris. M. D. lxxv.

¶ AUGMENTATIO.

¶ Postmodum die xxvj. Nouembris anni M. D. Lxxvj. Illustris. ac Reuerendis. D. D. Ioannes de Ribera Archiepiscopus, vnà cum Reuerendo Capitulo, iisdem ipsis de causis, ampliantes ipsam dotationẽ, vltra prædicta de nouo annexarunt, & incorporarunt in augmentum dictæ Vicariæ

caria, seu eius Vicario, & suis in perpetuū successoribus,
 concesserunt, exnunc prout extūc, beneficium primo va-
 caturum in dicta Sede Valétina, per obitum, seu aliàs, ad
 præfati domini Archiepiscopi, seu Capituli, coniunctim
 vel diuisim, & seu quarumcumque dignitatum ipsius Ec-
 clesie præsentationem pertinens, & spectans. Necnon vl-
 tra prædicta auxerunt præfatam Vicariam, eiusque Vica-
 rio, & successoribus perpetuò assignarunt, singulis annis,
 nonaginta libras monetæ Valétinæ, in annuis redditibus,
 videlicet, triginta libras super mensæ Archiepiscopalis, a-
 lias triginta libras, super mensæ canonicalis, & reliquas
 triginta similes super fabricæ eiusdem Ecclesie fructibus,
 redditibus, & prouentibus, soluendas eidem Vicario, &
 successoribus suis, in terminis in constitutione expressis:
 quæ dotatio, siue augmentum facta sunt, cum conditioni-
 bus requisitis ad optimam dictæ Vicariæ administratio-
 nem, iuxta formam concilij Tridentini de residentia, &
 alijs; & non aliàs, aliter, nec alio modo, prout in
 eadem constitutione plenius contine-
 tur. Actum die, mense, & anno
 præfixis. Petro Lopez
 notario & scri-
 ba.

Titu-

Titulus VIII. de his quæ spe- ctant ad chorum, capellam maiorem, & processiones.

¶ Constitutio de horis & diuino officio.



DEtrus Archiepiscopus Tarraconensis, in solenni visitatione Ecclesiæ Valentinae, anno domini M. cc. xliij. ordinationem fecit matura deliberatione, ac præcepit, super horis diuinis decantandis, quòd Canonici, & alij clerici beneficiati in Ecclesia Valentina, intersint diuinis horis diurnis, & nocturnis: Et quòd iniungat præcentor, siue eius succentor in die præcedenti, qui responsoria, lectiones, antiphonas, officium, & inuitatorium, & ad diuinum officium pertinentia cantare debeant, sub pœna, & multa ibidem expressa in deficientes; tam contra iniungentes, quàm contrà eos, quibus illa iniungentur officia. Atque in primis mādauit, quòd summo mane dicatur Missa matutinalis populo; & cùm cantabunt sanctus pulsetur ad primam: qua cantata celebretur Missa conuentualis pro defunctis, & post tertiam celebratam cantetur Missa maior in altari beatæ virginis, iuxta morem cathedralium Ecclesiarū. Itē adiecit, quòd nullus prædictorum chorum intret, dum diuinum officium celebratur, sine habitu clericali consueto. Item quòd nullus in choro altè loquatur: nisi quid, correctionis gratia, Præcentor indixerit ordinandum.

¶ Constitutio de puncto temporis quo est intrandum in choro.

Hugo

HVgo statuit vnà cum Capitulo, quod nullus Canonicus a l matutinos chorum intret, nisi venerit antequam sit finitus primus psalmus matutinarum maiorū; nec ad Missam, nisi ante finitam Epistolam: nec ad vespers, nisi ante finitum primum psalmum vesperorum maiorum. Ita quod serius intrans, per succentorē, vel alios chorum regentes, expellatur à choro. Ibidem.

¶ *Constitutio de iisdem horis.*

HVgo Episcopus, anno domini M.ccc.xlj. de communi consensu Capituli, in Paschali Capitulo, constitutione sanxerunt, quod quicumque beneficiatus in Missa defunctorum fuerit, ac postmodum sine licentia eius, cui competit dare illā, à dicta Missa se absentauerit, duas partes eorum, quæ ratione animaduersarij est habiturus amittat: quodque collectores anniuersariorum siue burfarij, ante completam Missam nemini anniuersarium soluāt, punctareque in dicta Missa teneantur: vt sciant quibus in solidum, vel dumtaxat pro tertia parte anniuersarium soluere teneantur. Et idem per omnia censemus de illis beneficiatis, qui post vespers matutinis interfuerint defunctorum: & postmodum se in completorio sine prædicta licentia absentabunt. Quo autem pacto prædictæ multæ diuidendæ sint ibidem declaratur. Quæ omnia collectores iurare debent pro posse obseruare. Item statuitur, quod quicumque beneficiatus sine prædicta licentia, in matutinis, in Missa, aut in vesperis, non fuerit præsens, pœnam ibidem expressam singulorum duorum denariorum pro qualibet hora ipso iure incurrat. Quas pœnas per dictos collectores distribuēdas, iuxta distinctionem de anniuersarijs,

farijs, quæ dictis sic se absentantibus debebuntur, voluerunt sibi retinere; ac nihilominus, si hæc non suffecerint, ad alia iuris remedia recurrere. Act. die, mense, & anno præfixis. Ibidem.

¶ Constitutio alia qua hora Canonici, & beneficiati teneantur intrare chorum.

E piscopus, & Capitulum de communi consensu, constitutione etiam iurata ordinarunt, quod Canonici, & beneficiati chorum intrantes, nisi venerint ad matutinum in primo psalmo, & in choro perseverauerint vsq. ad Te Deum laudamus, inclusiue: Et in Missa, dum cantatur Epistola, diebus dominicis, & festiuis colendis, vsque ad post communionem, alijs vero diebus, vsque ad elevatione corporis Christi: in vesperis à primo psalmo, vsque ad Capitulum, in choro siuilitur perseverauerint; priuentur distributionibus canonicalibus illius horæ, in qua defecerunt: & beneficiati itidem illius etiam horæ solutione. Volumus etiam, vt in anniuersarijs fiat solutio, in matutinis ad Benedictus; & in Missa & processione in vltima absolute; nisi vtrosque excusarit legitimum impedimentum, & hoc idem in cæteris diuinis horis, in prima scilicet, tertia, sexta, nona, & cõpletorio, finita oratione Virginis Mariæ: nisi à principio vsque ad finem interfuerint, illarum orationum careant portione. Et hoc obseruare teneantur beneficiarij portionum distributores medio iuramento, quod præstabunt in principio sui officij. Actum xx. Septembris, anni M. cccc. viij. Ex impress. fol. 18. b.

¶ Constitutio alia super residentia Canonicoꝝ in choro.

H Fran

FRANCISCO de Navarra Archiepiscopo, eius Vicarius generalis, & Reuerendum Capitulum, volentes de cætero veram ac personalẽ residẽtiam ab omnibus ex æquo, vt par est, in choro laudabiliter exhiberi: ac contra non residentes, condignis etiam pœnis, ac mulctis absq. remissione procedere, sequentia Capitula, siue residentia Canonos statuerunt, & ordinarunt. Primũ quod de cætero omnibus & singulis dominicis, atq. festiuis diebus colendis, in quibus processiones ordinariae per Ecclesiam ante Missam maiorẽ fiunt, omnes, & singuli Canonici vestibus & insignijs canonicalibus induti, teneantur processionibus personaliter interesse: saltem quoad processio peruenerit, ac statio fiat, ante portam Sacristia maioris; quo termino elapso, absens incurrat mulctam, siue marcam duorum regalium Valẽtia, nisi legitimẽ impeditus, infirmus, aut pro negotijs sibi ab Ecclesia commissis occupatus fuerit, aut ei solatium suffragetur: De quibus impedimentis ante finitas vesp̄as eodem ipso die teneatur burfario canonicalis notitiam dare. Volentes tamen quod pro ea prima Dominica seu festo, sic impediti, præfatam mulctam absque remissione incurrant: si verò postea Ecclesiae reuniantur, & iterum à prima processione defecerint, toties pro prima vice mulctam incurrant. Quod si impedimentum, aut infirmitas durauerit cum absentia, atque alia secũda, aut tertia vice defecerint, à multa sint immunes. Item statuerunt, & ordinarunt, quod hora Missæ conuentualis supradicti domini Canonici teneantur intrare chorum: Et in vesp̄is, in hunc modum; quod vniciq. concedatur tempus, & facultas intrandi chorum, dum Missa celebratur, vsque ad eleuationem Sacramenti corporis Christi inclusiue: tempore verò vesp̄erorum, vsq. ad Magnificat, exclu-

exclusiue: alioqui incurrat multam portionis canonica-
 lis, quam interessendo respectiue lucratus fuisset, nisi fue-
 rint eo tempore legitime impediti; prout supradictum est;
 modo impediti causam censori, vel burfario canoni-
 cali in tempore retulerint, eodem quo supra tempore. Ac
 etiam quod si infirmis, durante infirmitate, contigerit a-
 liquem per ciuitatem extra domum exire, nisi vrgentis-
 sima de causa fecerint, quam exponere teneantur, mul-
 tentur sine vlla remissione: nec possint amplius, quoad
 Ecclesie reuniantur, distributiones lucrari. Item statue-
 runt, quod Canonici, tamen si administrationes, & officia
 aliqua obtinuerint, pro quibus distributiones in absentia
 percipiunt: nihilominus tamen astricti & obligati existant,
 omnibus dominicis, & alijs festiuis colendis diebus, in Ec-
 clesia residere; sub praefatis multis, & poenis: Et quod ean-
 dem teneantur residentiam facere in alijs diebus anni,
 quando negotijs Ecclesie minimè occupantur. Item sta-
 tuerunt, quod quicquid ex marchis, siue multis absentiu
 cuiusuis hebdomadae resultauerit, id totum diuidatur die
 Dominica subsequenti, inter eos dumtaxat Canonicos,
 qui in Ecclesia tunc praesentes inueniantur; cum de iure
 sit cautum, vt absentium portiones accrescant praesen-
 tibus, & interessentibus diuinis officijs: quodque ex di-
 uisione non participant nisi infirmi vera infirmitate, non
 autem solatij, aut aliorum quorumuis negotiorum Ec-
 clesie causa impediti. Item statuerunt, vt neque Ca-
 nonicus administrator canonicalis, neque eius censor si-
 ue burfarius, teneantur causam impedimenti examinare,
 nisi quod stetur simplici verbo Canonici impediti, eius-
 que conscientiae, & discretioni. Item statuerunt, quod
 pro executione praemissorum praefatus censor siue bursa-

rius teneatur singulis diebus hora Missæ, & vesperorum in choro residere; tenereque in manibus schedam nomina Canonorum continentem, pro mulctandis absentibus, vt dictum est, super quibus optimè exequendis, idem burfarius, siue censor tenetur hanc cōstitutionem iurare, atque omnia in ea contēta inuiolabiliter obseruare. Quæ constitutio, & capitula iurata sunt: & vno contradicente irreuocabilia. Act. die xvij. Augusti, M. D. lxx. Ioanne Almany notario & scriba.

¶ Hęc constitutio in omnibus ad vnguem obseruari solet, præterquam in primo capitulo, vbi dicit, quòd vnicuique liceat intrare chorum dum Missa celebratur, vsque ad eleuationem corporis Christi inclusiue; tempore verò vesperorum vsque ad Magnificat, exclusiue. Et in quarto capitulo, vbi dicitur, quòd mulctæ cuiusuis hebdomadæ diuidantur inter præsentēs intereffentes qualibet die dominica, in fine hebdomadæ, &c. Prouisum enim postea fuit ab eodem Reuerendo Capitulo, & Canonicis, vt de cetero ingressus chori sit tempore Missæ, vsque ad decantatam à Subdiacono Epistolam inclusiue; tempore verò vesperorum vsque per totum primum decantatum psalmū. Et quoad diuisionem mulctæ, quòd illa fiat in fine cuiuslibet mensis. In reliquis autem præfata constitutio rata, & firma habetur.

¶ *Constitutio de cappis, & de ceteris Canonorum insignijs, & aliorum.*

I Azpertus, anno domini M. cc. lxxvij. vnā cum Capitulo, constitutione iurata, statuerunt, & ordinarunt, quòd quilibet Canonicus quacunque auctoritate recipiendus in Ecclesia, in sui receptione, honorabilem cappam

cappam sericam emat, & seruiat ad opus Ecclesiæ valentem ad minus decem libras, vel totidem soluat Thesaurario Ecclesiæ, ad id per Episcopum, & Capitulum assignatum. Et hoc antequam recipiat portionem canonicam. Quam cappam teneat Canonicus de vita sua, quo mortuo, Ecclesiæ restituat. Et quòd Canonici ante sui receptionem teneantur hanc constitutionem iurare. Hugo addidit, vt habentes dignitatem, vel præposituram, teneantur facere, sub eisdem modo, & pœna quibus suprâ, cappam valentem viginti libras. Item statuerunt, vt quilibet Canonicus actu præbendatus habeat tenere vnum cereû ponderis sex librarum, qui ardeat diebus sabbathinis in Missa beatæ Mariæ, & in quatuor festiuitatibus eiusdem beatæ Mariæ in Missa maiori.

¶ *Constitutio circa delationem muçarum.*

Roderico Cardinali Episcopo, Capitulum, & Canonici præsentis constitutione iurata, statuerunt, & ordinarunt, quòd Canonici, & Archidiaconi, Præcentor, Sacrista, & Decanus, in Ecclesia Sedem obtinentes, muças panni nigri fini, ex cetino carmesino suffultas, & cappas eiusdem panni nigri, cum capucijs, etiâ suffultis, ex ermineis, temporibus Ecclesiæ consuetis deferre teneantur. Canonici vero foranei, & alij in dignitatibus foraneis constituti; magistri in Theologia; Doctores iuris in vna vel altera facultatibus, & hebdomadarij Ecclesiæ, muças panni nigri ex cetino violaceo fodratas: & cappas panni prædicti, cum capucijs ex doscibus, siue griseis forratis portent. Rectores autem, Vicarij perpetui, beneficiati altaris maioris, Diaconi, & Subdiaconi Ecclesiæ, muças panni nigri

ex ermineis

H 3 ex saya

ex saya nigra liuidi, seu viridis coloris fodratas, & cappas eiusdem panni nigri cum capucijs, pellibus etiam nigris fodratis, temporibus prædictis incedant. Act. fuerunt die vigesima primi mensis Octobris, anno domini. M. D. Ex impress. fol. 26. a.

¶ *Constitutio super committendis cappis Canonicis in choro.*

Alfonso de Aragonia Archiepiscopo, eius Vicarius generalis vnà cum Reuerendo Capitulo, provide- runt, quòd Canonicus, cui committitur cappa cum sce- ptro in choro, teneatur illam recipere, & in choro assistere; si renuerit acceptare, mulctetur in vno solido pro quali- bet vice, qua noluerit acceptare; tamen si alia constitutio- ne cauetur, quòd possit loco sui alterum Canonicum sub- stituere ad dictam cappam tenendam, & tunc excusari à renitentia. Act. die prima Iunij M. D. xij. Ex impress.

¶ *Constitutio de cappis tenendis in choro, & de serui- tio ibidem facienda.*

HVgo Episcopus cum Capitulo statuerunt, quòd cle- rici quibus commissæ fuerint cappe sericæ, in choro in primis vesperis in festiuitatibus, teneantur etiam tene- re eas mane sequenti, dum inuitatorium in matutinis dici- tur. Adijcientes, quòd si quis sibi commissas tenere recu- sauerit: Item & illi quibus succentor lectionem, responso- rium, vel antiphonam, vel alia, quæ tangunt diuinum offi- cium intus chorum commiserit, adimplere neglexerint cum effectu, pro qualibet vice, poenam duorum denario- rum in-

rūm incurrant, quæ illicò ornamentis Ecclesiæ acquiratur, nisi aliquo iusto impedimento fuerit excusatus. Ex impress. fol. 84. a.

¶ *Constitutio ne clericus indutus suppellicio intra Ecclesiam cum capucio existat, ac nisi cum suppellicio, vel cappa chorum intret.*

H Vgo Episcopus, & Capitulum, constitutione sanxerunt, quòd nullus clericus, seu beneficiatus cuiuscūque conditionis & status existat, intus Ecclesiam suppellicio indutus, audeat caput suum caputio velare. Adijciētes etiam, quòd nullus eorundem, ac vel ciuitatis, & seu diœcesis, audeat chorum Sedis ingredi dum inibi diuina celebrantur, nisi induatur suppellicio, vel cappa, illis temporibus, quibus est illis vtendum, sub pœna quinque solidorum pro fabrica eiusdem Sedis. Ex impress. fol. 84. a.

¶ *Constitutio de cappis nigris vtendis.*

Vitalis Episcopus, & honorabile Capitulum statuerunt, quod de cætero quicumque beneficiati in Ecclesia Valentina obtinentes extra ipsam Ecclesiam aliud beneficium cum cura, vel sine cura, valoris viginti quinque librarum Barcinonensium, vel amplius; nec non quattuor hebdomadarij, & duo capellani auroræ, à festiuitate omnium Sanctorum, vsque ad festum Resurrectionis dominicæ, cum pro celebratione diuini officij ad Ecclesiam cōuenerint, cappis nigris vtantur quemadmodum Canonici iam vtuntur, sub pœnis in constitutione contentis. Ex impress. fol. eod. b.

H 4

¶ Con-

Epitome Constitutionum

¶ *Constitutio super deferendis insignijs.*

HAec similiter constitutio edita iiii. Martij, M. D. liij. habetur in superioribus constitutionibus, constitutione circa delationem muçarum, & per incuriam de nouo fuit edita, ideò tanquam repetita omittitur.

¶ *Constitutio, quòd non valeant vti insignijs in choro, & Ecclesia qui non fuerint constituti in sacris.*

FRatre Thoma Archiepiscopo, eius Vicarius generalis & Capitulū vigesima septima Aprilis 1546. statuerūt, & ordinarunt, quòd Rector Parochialis, magister in Theologia, vel licentiatus in vtroque iure, vel Canonicus extraneus, vt beneficiatus, vel aliàs in Sede residens, quibus pro cuiusque ordine insignia dari solita sunt, non valeant illa quoquomodo deferre, neq. in sedibus chori sedere, nisi fuerint in sacris ordinibus ad minus Subdiaconatus constituti. Neque specialis licentia, aut priuilegium cuiquam ad id concedi possit, nisi per omnes de Capitulo, nemine discrepante, concedatur. Ac insuper, neq. posse quemquam vti insignijs, nisi Capitulo fidem fecerit de suo magisterio, doctoratu, aut canonicatu extraneo, aut Rectoria. Nec non voluerunt, vt quibus haètenus sine sacris ordinibus concessæ fuerunt tam insignia, quàm sedilia chori, ijdem, si in ætate legitima constituti fuerint, teneantur per totum præsentem annum facere se promouere, alioqui concessa gratia nullius sit momenti. Quæ constitutio iurata est, & irreuocabilis, vno cõtradiciente. Act. die, mense, & anno præfixis.

¶ *Con-*

¶ *Constitutio de his ad quæ obligatur capellanus auroræ.*

Vitalis Episcopus, & Capitulum statuerunt, quòd si capellani auroræ, qui sunt duo, alter eorum, vel ambo in celebratione Missarum huiusmodi defecerint vlla die, quòd ornamentis Ecclesiæ sex denarios Barcinonenses; & totidem vni capellano, qui eadem Missam celebret ipsa die, teneantur sine remissione erogare, atque à The-saurario Ecclesiæ cogi possint. Ex impress. fol. 84. b.

¶ *Ordinatio, quòd representatio Spiritus sancti fiat tantùm in prima die Penthecostes.*



Idem Episcopus, & Capitulum statuerunt, quòd in festis Penthecostes non fiat representatio emissionis Spiritus sancti, nisi in primo festo bis, horis Missæ, & vesperorum, modo tunc temporis non fiant tonitrua cum ballistris, quæ damnum non modicum inferunt çamborio Sedis: in contra facientes laicos, excommunicationis poenā inferentes; clericis etiam & presbyteris, qui consenserint, mulctam decem morabitanorum imponentes. Ibidem.

¶ *Ordinatio, quòd non cantetur in choro cantus de orgue.*

Idem Episcopus & Capitulum ordinarūt, quòd in choro Sedis non cantetur cantus de orgue, vel de contrapunt, sine expressa licentia, & voluntate domini Episcopi, vel Pręcentoris, vel alicuius ex præsidentibus chori; succętoribus consentientibus sit poena indicta. Ex imp. fol. 95. a

H 5

¶ Con-

¶ *Ordinatio super illuminatione altaris maioris.*

Idem Episcopus & Capitulum in Paschali Capitulo prouiderunt circa illuminationem altaris maioris, & quibus diebus, & festis fieri debeat iuxta ordinem in presentibus constitutione expressum & declaratum, ad quam habeatur recursus. Ex impress. ibidem.

¶ *Constitutio de cereis Canonorum.*

Die xx. Iunij, anni M.ccc. xcviij. Capitulo Paschali adhuc durante, Vicarius generalis, & Canonici capitulariter congregati presentibus ordinatione statuerunt, quod à modo certi cerei, quos Canonici tenent in Ecclesia, qui ardent certis in festiuitatibus, reficiantur bis in anno; videlicet in festo Assumptionis beatæ Mariæ mensis Augusti, & in festo Purificationis eiusdem. Ex impress. fol. 26. b.

¶ *Ordinatio processionis in qualibet die Veneris.*

Idem Episcopus, & Capitulum in Paschali Capitulo ordinarunt, quod cum in diebus Sabbathinis fiet maiortas beatæ Mariæ, die Veneris præcedentis, statim post vespers fiat processio, quæ exiens de choro in viam circuli se extendant apud altare maius beatæ Mariæ infra cimborium, & dicant vnam antiphonam cum responsorio, ac oratione beatæ Mariæ; & postea ad chorum reddentes dicant aliam antiphonam cum responsorio, ac oratione beatæ Mariæ, & hoc seruetur etiam si in dicto die Veneris veniat festum duplex. Ex impress. fol. 85. b.

¶ *Constitutio super modo, & ordine qui debet in processionibus seruari.*

Hugo

H Vgo Episcopus, & Capitulum Valentinum de com-
 muni consensu in Paschali & generali Capitulo, præ-
 senti statuto ordinarunt, quòd de choro Episcopi statim
 post Episcopum incedat Archidiaconus maior Ecclesiæ,
 postea Archidiaconus Xatiuæ, & exinde Archidiaconus
 Muriueteris. De choro autè Præcentoris, primò ipse Præ-
 centor, postea Sacrista, deinde Decanus, ac postmodum
 Archidiaconus Algeziræ; vlteriùs Canonici præbendati,
 scilicet duodecim de vno choro, & duodecim de alio, se-
 cundùm antiquitatem eorum, qua in præbendis suis sunt
 recepti. Deinceps præpositi simplices, non habentes præ-
 bendas. Et subsequenter in sacra Theologia magistri, dein-
 de Doctores in iuris vna vel altera facultate: & post ipsos
 officialis principalis, & vnicus dicti Episcopi, licentiatus,
 & doctor, & post ipsum Canonici præbendati ceterarum
 Ecclesiarum quarumcunque, postea licentiati, deinde heb-
 domadarij, Diaconi, & Subdiaconi Sedis: postea benefi-
 ciati auroræ, prætereà Rectores, & Vicarij perpetui Eccle-
 siarum Parochialium ipsius ciuitatis Valentia: & post ip-
 sos faranei Rectores, atque Vicarij perpetui diœcesis Va-
 lentinæ. Post hos autem alij Rectores, atque Vicarij per-
 petui ceterarum diœcesium: & exinde beneficiati Sedis:
 & post eos beneficiati aliarum Ecclesiarum ciuitatis, & post-
 modum beneficiati Ecclesiarum diœcesis Valentia: & po-
 stea beneficiati aliarum ciuitatum, & diœcesium quarum-
 cunque: Et demum presbyteri beneficia non habentes.
 Hoc declarato expressè, quod semper ij præcedere ha-
 beant, qui cæteris antiquiores, aut primò in præbendis, vel
 præposituris, Rectorijs, Vicarijs perpetuis, ac alijs benefi-
 cijs, in Magistratibus, Doctoratib⁹, siue gradu recepti fue-
 rint, seruato suo ordine ante expresso; Quodque ordo be-
 nefi-

beneficiatorum seruetur, inter eos qui in sacris fuerint constituti : alij namque qui in sacris non fuerint, accedant, prout Episcopus, & Capitulum duxerint ordinandum. Actum fuit xxviii. mensis Madij, anno M cccc. xij. Ex impress. eod.

Constitutio, quo in loco incedant capellani octo capellaniarum nouiter erectarum in processionibus.

FRācisco de Nauarra Archiepiscopo, eius Vicarius generalis, & Reuerendum Capitulum statuerunt & ordinarunt, ad dandum locum condignum octo capellanis totidem capellaniarum, nuper in Sede erectarum, in processionibus Ecclesiæ faciendis. Quòd deinceps talis seruetur ordo, nempe quòd in processionibus post Rectores, seu Vicarios perpetuos ciuitatis, & diœcesis, in dicta Ecclesia beneficiatos residentes, inmediate incedat organista, in choro Reuerendis. D. Archiepiscopi, suis cum insignijs, quibus incedunt Rectores; & post organistam incedant præfati capellani cum similibus insignijs, quatuor videlicet post organistam in choro Reuerendis. Archiepiscopi, & reliqui quattuor, in alio choro Precentoris inmediate post ipsos Rectores & Vicarios perpetuos ciuitatis, & diœcesis. In reliquis vero seruetur constitutio super dicto ordine totius cleri superius posita. Act. die vij. Octobris, M. D. lxij. Ioanne Alamany notario & scriba.

¶ *Constitutio, quòd laici non sedeant in cathedris chori.*

Idem Episcopus, & Capitulum statuerunt, & ordinarunt, sub eisdem mense, & anno, quòd dum diuinum offi-

officium celebratur, ne laici clericis se immiscētes illud perturbent, nullo modo cathedras chori superiores, neq. inferiores, à primo fadistolio vsque ad caput chori conscēdere, neque in illis sedere audeant. Ex impress. fol. 86. a.

¶ Constitutio, quòd claudatur ianua cancelli capelle maioris.

Idem statuerunt, & ordinarunt, quod post auroræ Missam Subsacrista Sedis iubeat vni ex scholaribus, vt in diebus dominicis festiuis & solemnibus, ianuam, quæ ante Sacristiam est constructa, clausam teneat vsque ad ingressum illius, qui Missam celebrabit; quo ingresso claudat, vsque ad finem Missæ, & sic obseruetur sub pœnis inibi contentis. Ex impress. eod.

¶ Constitutio, quòd non detur collatio, siue gustatio deferentibus custodiam die corporis Christi.

Georgio ab Austria Archiepiscopo, eius Vicarius generalis cum honorabili Capitulo, die xix. Iulij, anno M. D. xliij. statuerunt, & ordinarunt, quòd de cætero collatio siue gustatio hæctenus dari solita per suboperariū Ecclesie Canonicis, alijsq. presbyteris, atque ministris, deferentibus custodiam in processione, quæ fit in die sacratissimi corporis Christi, ad tollendam indecentiam, quæ inde sequitur, amplius non detur vllò modo, neque in cōfecturis, neque in pecunia numerata, sub pœna inibi contenta. Act. die, mense, & anno præfixis, est etiam irreuocabilis vno contradicente.

¶ Constitutio super delatione corporis domini ad monumentum.

Fratre

Fratre Thoma Archiepiscopo, eius Vicarius generalis cum Capitulo, Paschale celebrantes, statuerunt, quod de cætero Canonicus antiquior Ecclesiæ deferat sanctissimum Christi corpus, die Iouis hebdomadæ sanctæ cum pompa ad monumentum, ibique illud suis ipse manibus sepulchro recondat, & obsignet, duobus alijs Canonicis antiquioribus sibi assistentibus. Actum xv. Aprilis, anno M. D. xliiij.

¶ Constitutio de his ad quæ tenetur Magister cantus infantium diputatorum.

Hæc constitutio quoniam continet, capita circa officium, & exercitium infantium, & eorum Magistri in Ecclesia, neque ad Canonicos pertinet illa speciatim rescire, intermittitur interim, vt curioso sit ad eam recursus. A&. die iij. Maij. M. D. liiij.

¶ Constitutio de distributione eroganda in processionibus corporis Christi, & Assumptionis beate Mariæ.

Eodem Thoma Archiepiscopo, Vicarius generalis, & Reuerendum Capitulum, constituerunt, & ordinarunt, quod de cætero in processionibus festorum corporis Christi, & Assumptionis Virginis, administrator duplarum, & anniuersariorum, soluat Canonicis interessentibus in sacris constitutis, quattuor regalia; tenentibus vero cappas duo amplius regalia, non constitutis autem, duo tantum regalia; beneficiatis quidem in ordinibus constitutis, & acolitis, duo regalia, non constitutis vnum regale: Magi-
stris

Ecclesia Valentina.

stris autem, Rectoribus, succētoribus; tenentibus cappa^s
& scepra, necnon Diacono, & Subdiacono, cum assistē-
te, associantibus dominum Episcopum, quin & cantori-
bus, bidello, scholaribus, diputatis, vnicuique predicto-
rum, vnum regale. Quæ solutio perueniat etiam vsque ad
infirmos, & legitimè impeditos. Act. die xiiij. mensis Au-
gusti. M. D. liiiij.

*¶ Constitutio, quòd officium matutinorum festorum solem-
nium possit decantari post officium completoriij.*

*Confirmata per Pium Pa-
pam. IIII.*

R Euerendis. D. Franciscus de Nauarra, & Capitulum
Valentinum, statuerunt, & ordinarunt, quod de cæte-
ro perpetuis futuris temporibus in alma Sede Valentina,
non solùm in vigilia diei sacratissimi corporis Christi, sed
in reliquis eius octauę diebus, necnon vigilijs Assumptio-
nis, & Conceptionis intemeratę Virginis, in cuius hono-
rem præfata Sedes dicata est; Quin etiam in vigilia beati
Petri & Pauli Apostolorum, ac etiam in alijs festiuis anni
diebus, prout nobis, & successoribus nostris, pro tempo-
re videbitur expedire, officium matutinorum huiusmodi,
quod antea media nocte dici, ac decantari consuetum e-
rat, exnunc anticipare, & post completorium solemniter
dici, & decantari possit, & valeat; nec ad decantandum il-
lud media nocte in hisce diebus teneri, quouis modo in
dicta Ecclesia beneficiati teneantur, sed perinde ac si me-
dia nocte illud celebrarent, consuetudini Ecclesię satis-
faciant. Quæ constitutio iurata est, atque vno contradicē-
te irreuocabilis. Act. in palatio Archiepiscopi, xx. mensis
Aprilis

Aprilis, anno M. D. lxij. Est confirmata auctoritate Apostolica per Pium Papam III. sub dat. Romæ, anno M. D. lxiiij. Pontificatus anno quinto. Ioanne Alamany notario & scriba.

¶ Constitutio super electione bursariorum chori.

A Cisclo Moya de Contreras Archiepiscopo, eius Vicarius generalis, & Reuerendum Capitulum, statuerunt & ordinarunt, quod de cætero bursarij chori, qui à domino Canonico tunc denarij minuti administratore deputari solent ad soluendas distributiones manuales in choro, eorum deputatio, siue nominatio debeat per omnes Canonicos de Capitulo approbari, & laudari. Idque per fabas in duobus sacculis per vnumquemque missas, videlicet, quod super vno sacculo adscribatur hæc vox (si) super altero vero hæc vox (non) & si plures fabæ fuerint reperiæ in sacculo (si) talis bursarius admissus esse censeatur: si vero in altero fuerint plures fabæ, repulsus fuisse intelligatur: similiter de alio bursario fiat. Et sic casu quo alter, aut ambo repulsi fuerint, Canonicus administrator aliũ, seu alios nominare teneatur, qui simili quoque examine, seu ordine probari, aut reprobari debeant, quousque idonei reperiantur. Quæ constitutio iurata est, atque irreuocabilis vno contradicente. Act. die xxx. Decembris, anni M. D. lxxvj. Ioanne Alamany notario & scriba.

¶ Constitutio de insignijs Magistris in Theologia, & licenciatis in vtroque iure concedendis.

Fratre

Fratre Thoma Archiepiscopo, eius Vicarius generalis & Reuerendum Capitulum, constitutione statuerunt & ordinarunt, quòd de cætero nullus Doctor, seu magister in sacra Theologia, & in vtroque, vel altero iurium licentiatus, seu doctor ad insignia in Ecclesia ab eisdem deportari solita admittatur, nisi prius facta fide de vnius cuiusque gradu Reuerendo Capitulo; Et signâter actum publicum, hoc est, assertiones Theologicas, siue sacrorum Canonum, teneant, & sustineant in capitulari aula Ecclesiæ maioris per totum diem, assignandum per dictum Reuerendum Capitulum. Quæ constitutio iurata est, & vno contradicente irreuocabilis. Act. die iij. Martij anni M. D. liij.

¶ *Constitutio super distributione denarij minuti in choro.*

Georgio ab Austria Archiepiscopo, cum Reuerendo Capitulo, præsentì constitutione, qua continetur alia similis edita superiore anno, die xxiiij. Aprilis, constituerunt, & ordinarunt, quòd de cætero bursarij chori denarij minuti debeant soluere interessentibus diuinis officijs in denarijs bonis: Et quòd assistere debeant præfati bursarij ad latus Canonorum gubernatorum chori quolibet mense per Capitulum deputandorum; seu ipsis absentibus, ad latus antiquioris Canonici, ad effectum, vt inde potius notent in choro interessentes & ab eo recedentes: Et quod Canonici, nisi in choro, aut Capitulo interessentibus, non dêtur distributiones, nisi causa infirmitatis, aut quia occupati sint in negotijs Ecclesiæ; & similiter beneficiatis, nisi præsentibus in choro, aut missâ celebrantibus aut officiû Ecclesiæ administrantibus, quæ sunt in cedula, aut ob infirmitatem detentis, nullis alijs percatia chori sol-

I uan.

uantur. Et quòd finita nona ipse gubernator Canonicus & bursarius, deferant bursam Subsacristæ, qui eam custodiat, vsque ad vespervas, vbi idem Canonicus, & bursarius accipiant bursam, & assistant, soluantque in vesperis, completorio, & de mortuis: quibus finitis, debeant scribere eius diei quantitatem distributam in libro consueto. Quæ constitutio iurata est, ac neque reuocabilis, vno contradicente. Aët. xix. Ianuarij, M. D. xlj.

*¶ Constitutio super dandis distributionibus chori,
non interessentibus.*

FRatre Thoma Archiepiscopo, eius Vicarius generalis cum Reuerendo Capitulo, cõstituerunt, & ordinarunt modum, qui habendus est in concedendis distributionibus chori, non interessentibus diuinis officijs, & quibus sint illæ negandæ. In primis præcipientes, quòd nulli beneficiati Ecclesiæ Magistri in Theologia, etiam si ad alias Ecclesias verbum Dei prædicaturi accedant, distributiones chori recipiant vllò modo, nec pro præsentibus habeantur: cum siquidem pro sua prædicatione stipendij charitatem accipiant, secus erit in Sede cõcionaturis, qui pro ea hora habentur pro præsentibus. Item tam beneficiati quàm Canonici infirmantes, qui soliti sunt residere, infirmitate tali durante, quæ rationabilis sit impedimèti causa, ad non interueniendum officijs, ijs, siue in ciuitate, siue extra infirmentur, siue ex medicorum consilio se ciuitate absentauerint, distributiones iuxta iuris dispositionem concedantur. Item Magistro Theologo sacram scripturam in Capitulo Sedis profitenti pro illa hora; nec non confessoribus Quadragesimali, siue Iubilei tempore, quia fidelium

lium, atq. Ecclesie utilitati intendunt. Quin & correctori chori deputato ad custodiendam bibliothecam maiorem Ecclesie, quandiu tenetur illam habere apertam, & custodire, quia eidem seruit utilitati, distributiones concedantur. Reliqui verò qui tempore diuinorum ad sepulturam mortuorum accedentes, tametsi alia quaecunque pia opera erga mortuos ac infirmos exercent, quoniam suo donantur stipendio, à distributionibus eius horum priuentur. Que constitutio acta est die xiiij. Septembris. anni M. D. xlvij.

¶ Constitutio exprimens quibus permissum est in processibus incedere, & in prioribus Ecclesie cathedris sedere.

Reuereudis. D. Franciscus de Nauarra Archiepiscopus, & Capitulum, statuerunt, & ordinarunt, quòd de cætero perpetuis futuris temporibus, quoties Reuerendissimus Dominus Archiepiscopus, eiusq. successores in choro Sedis resederint, aut processibus, vel alijs Ecclesie actibus publicis, unà cum Canonicis, & vniuerso clero vestibus insigniti Ecclesiasticis incedentes, interuenerint, ipsemet Archiepiscopus vestibus canonicalibus, apascilicet, de choro dicta, ex ermineis, aut carmesino, pro varietate, & usu Ecclesie duplicata; necnon dignitatem habentes, Canonici, ac reliqui beneficiati, & officiales, cum suis cappis roquetis, almucijs, & superpellicijs, secundum vniuscuiusque gradum, & Ecclesie consuetudinem induti, teneantur incedere. Ac quod in processibus generalibus, aut priuatis, tam intrà, quàm extra Ecclesiam peragendis; ac etiam in feria quarta cinerum, ad capitis incinerationem, & in die Veneris sancto ad solemnem dominicæ crucis adorationem; necnon alijs actibus, in quibus

præfatus dominus Archiepiscopus, seu absente illo, Capitulum, & Canonici, & dignitatem habentes, vestibus (ut dictum est) Ecclesiasticis induti solent incedere, nulla alia persona Ecclesiastica, siue secularis, cuiusvis ordinis, aut conditionis existat, admittatur ad eiusmodi processiones & alios prænaratos actus interessendum, exceptis dumtaxat Reuerendissimis Cardinalibus, & Sedis Apostolicæ Legatis, vel Nuntijs. Ac insuper decreuerunt quòd primæ cathedræ chori, quæ dicuntur collaterales, altera videlicet Archidiaconi maioris contigua cathedræ D. Archiepiscopi; altera Præcentoris, qui totius chori est præsidens, neque concedi, neque ab ipsismet Archidiacono, & Præcentore permitti possit ad sedendum cuius alteri, præterquam Episcopo, aut Prælato consecrationis munus consecuto; necnon dignitatibus, & Canonicis Ecclesiæ. Adstantes, quòd neque in alijs quoque subsequentijs cathedris Dignitatum, & Canonicorum admitti possint aliæ personæ ad sedendum, nisi de consensu Reuerendi Capituli, aut Canonicorum, tunc in choro præsidentium. Tandem de cathedra Reuerendissimi domini Archiepiscopi, statuerunt, quòd nulli personæ cuiuscunque ordinis, status, aut conditionis existat, etiamsi dignitas, aut Canonicus existat, præterquam Cardinali, aut Legato, vel Nuncio Apostolico; ac nisi absente domino Archiepiscopo, concedi possit ad sedendum. Quæ constitutio iurata est, atque vno contradicente irreuocabilis, ac etiam confirmata auctoritate Apostolica per Pium Papam III. Sub dat. Romæ xij. Kalend. Decembris M. D. lxiij. Pontificatus eius anno quinto. Act. die xx. Aprilis, M. D. lxiij. Ioanne Alamany notario, & scriba.

¶ *Constitutio declaratoria præcedentis, & quòd per eam
non excluduntur monachi à pro-
cessionibus.*

Idem Archiepiscopus, & Capitulum, xix. eiusdem men-
sis, & anni declararunt, per præcedentem constitutionem
non fuisse mentis suæ excludere à processionibus genera-
libus monachos, siue fratres ordinum mendicantium, ac
neque aliorum ordinum, quotiens ad Ecclesiam acce-
dunt processionaliter, & interponi solent inter Canoni-
cos, & reliquos beneficiatos, secundum antiquam
consuetudinem Ecclesiæ. In reliquis præfa-
tam constitutionem in suo robore per-
manere declarantes. Act. die,
mense, & anno præ-
dictis.

13

Titu.

Titulus IX. de his quæ spe-
 ctant ad Hebdomadarios, Diaconos, Sub-
 diaconos, & succentores, decem
 personatus nuncu-
 patos.

*Constitutio de associetate, quam debent prestare reli-
 qui officiales hebdomadarijs, de que eorum offi-
 cio, & de institutione Magistri qui re-
 gat scholas Gramma-
 tice.*



Bis copus de consilio, & assensu Capituli, in so-
 lemnis Capitulo Paschali, volentes vnumquẽ-
 que Ecclesie ministrorum sui officij admone-
 re, statuerunt, quod cum Hebdomadarij ad
 altare accedere, causa sui officij exercẽdi, contigerit, Sub-
 diaconi, & Diaconi, eundem associant, & sequantur, do-
 nec eius officium fuerit omnino expletum: & idem de suc-
 centoribus statuimus, nisi tunc eorum officium ipsos exe-
 qui contingat; recusantes, poenam amissionis, distributio-
 nis illius diei incurrant. Quæ quattuor hebdomadaria
 creatae fuerunt ab Episcopo, & Capitulo, anno domini,
 M. cc. lix. eodem ipso die, quo instituta, siue creata etiam
 fuerunt duodecim præpositurae Ecclesiae, vt habetur in ti-
 tulo de his quæ spectant ad præpositos, constitutione pri-
 ma: vbi exprimuntur onera hebdomadarijs incumbẽtia,
 nempe

nempe, quòd vnus celebret Missam in sua septimana pro defunctis, & alius missam conuētualem, & alij duo in alia septimana in choro intersint omnibus horis canonicis, nocturnis, & diurnis, statim in principio horarum: cùm ad eos pertineat incipere, & complere officium in omnibus horis: & duo sint de vno choro, & alij duo de alio; nec non eadem constitutione statuerunt vnum Magistrum, qui regat scholas in Grammatica in Ecclesia, expensis domini Episcopi, & Capituli. Ex impress. fol. 100. b.

¶ *Bulla Benedicti Pape qua confirmatur facultas Capituli Valentinæ, ad conferendum hebdomadarias, Diaconalia, & Subdiaconalia officia, contra illa expectantes.*

Benedictus Papa, per hanc bullam concessit indultum Episcopo, & Capitulo, vt statueret, & ordinaret, quoad hebdomadarias, & Diaconalia: & Subdiaconalia beneficia Sedis, aut eorum aliquod, quod nulli pro tempore expectantes illa, auctoritate litterarum Sedis Apostolicæ, vel legatorum eius, recipi, seu ad possessionem admitti possint, neque ab Episcopo, & Capitulo, quorū est mera collatio, siue electio dictorum beneficiorum, tolli quomodo valeat, etiamsi in litteris expectantium exprimantur clausulæ cuiuscunque tenoris, atque fauoris fuerint, vt in ea exprimuntur, sed totum ius conferendi illa, ad ipsos Episcopum, & Capitulum deuoluatur omnino. Act. Auinnione xiiii. Kalend. Iunij. Pontificatus eius anno primo. Ex impress. eod.

¶ *Constitutio ad quid Subdiaconi sint astricti.*

I 4

Sede

SEde Pastore carente, Vicarius generalis cum honorabili Capitulo, ordinarunt circa officium Subdiaconorum, quoad assistentiam in Capitulo ad conuocandum Canonicos, & alia ibi expressa onera: quæ quoniam sunt contrario vsu abolita, iccirco prætereunda duximus, vna cû alijs in dicta constitutione contentis, cû sint extra propositum; & pertineant ad laudabilem eleemosynam Sedis, sub eiusq. titulo constitutione propria referuntur: excepto quòd de domo laudabilis eleemosynæ in eadē constitutione exprimitur fuisse statutum, quòd in domo eiusdem eleemosynæ Sedis, animalia quælibet ad æquitandum, per præpositum, vel capellanum maiorem dictæ eleemosynæ, aut clericos quoscunque, vel laicos, nunquã teneantur; nec etiam mulieres; Excepto quòd præpositus, seu Capellanus maior, possit et valeat vnã tantum ancillam antiquam, seu pedissequam pro suo honesto seruitio habere; sub pœna inibi expressa vnus scilicet solidi pro quolibet die, quo fecerint contra edictum huiusmodi. Act. die nona Iulij, anni M. cccc. xcviij.

¶ Constitutio, quòd nullus ad Diaconum, vel Subdiaconum, se induat in altari maiori, nisi cui competit ex officio.

Idem honorabile Capitulum statuit, vt nullus nisi cui lex officio, vel beneficio incumbit, aut qui deputatus est per Capitulum, se induat ad Diaconum, vel Subdiaconum Sedis, sub pœna quinque solidorum, pro quaque vice, fabricæ applicandorum. Sed quòd vnusquisq. eorum in sua septimana fungatur suo officio cantandi scilicet, siue recitandi Euangelium, seu Epistolam, ac quòd impediti non possint alteri, quàm suo collegæ tale officium quoties im-

ries impediuntur committere, sub pœna ibi expressa; ac etiam mercede reddita ei, qui pro collega seruerit. Ex impress. fol. 102. a.

¶ *Constitutio super dandis officijs altaris maioris, & alijs dictæ Ecclesie.*

FRatre Thoma Archiepiscopo, eius Vicarius generalis cum Reuerendo Capitulo, statuerunt, & ordinarunt, quòd vacantibus aliquo ex quatuordecim Ecclesie officijs, nempe hebdomadarijs quattuor Subdiaconis, & Diaconis quattuor, succentoribus duobus, quin & officio lectoris in Theologia, correctoris chori, Subsacristæ, & organistæ, per obitum illa obtinētium, nulli valeat prouideri, nisi præcedenti edicto, in valuis Ecclesie maioris, & sancti Martini, & sancti Ioannis de mercato Parochialibus Ecclesijs ciuitatis, & Sedis Segobricensis; necnō collegiatarum Ecclesiarum ciuitatum de Natiua, & de Oriola, & oppidi de Gandia, cum termino triginta dierum, affigendo, quo elapso, in Capitulo cōgregati dicta officia votis per fabas in sacco appositis, dari debeant, & non aliàs. Quòd si aliquis ex prædictis officialibus officium suum resignare, aut aliquem in coadiutorem sibi dari petierit, is nisi per duas Capituli partes, votis vt præfertur, cum fabis in sacco positis, nullatenus admitti possit; prohibentes ne vllus Canonicus dare possit, neque promittere alteri Canonico votum suum ad eiusmodi electionem officialium. Quæ constitutio iurata est, atque vno contradicente irreuocabilis. Act. die xxij. mensis Martij, anni M. D. L.

¶ *Constitutio declaratoria superioris constitutionis, super dandis officijs altaris maioris, & de coadiutoribus eorundem.*

I 5 Fran.

FRancisco de Navarra Archiepiscopo, eius Vicarius generalis cum Reuerendo Capitulo, addentes constitutioni factæ, die xij. mensis Februarij. M. D. L. super dandis officijs altaris maioris, statuerunt, & ordinarunt, quòd in ea parte de coadiutoribus dictorum officiorum, similiter super eisdem admittendis fiat edictum in omnibus, perinde ac si per obitum, aut aliàs vacasset tale officium: ac quod non aliter prouideri possit de eo: In reliquis constitutione illa in suo robore, permanente. Quæ constitutio iurata est, atque vno contradicente irreuocabilis. Act. xxviii. mensis Iulij. M. D. lxx. Ioanne Alamany notario, & scriba.

¶ Prouisio de marchis, siue mulctis contra hebdomadarios non interessentes.

PRæfati domini de Capitulo prouiderunt, & mandarunt, quòd hebdomadarij non interessentes choro, pro quacunque hora diuina, qua defecerint, mulctentur in vno regali, bacino fabricæ in continenti, ac sine remissione applicando. Act. die j. Aprilis. M. D. xvij.

¶ Constitutio declaratoria alterius, super prouisione officiorum decem, chori, & altaris maioris.

MArtino de Ayala Archiepiscopo, eius Vicarius generalis, & Reuerendum Capitulum, statuerunt, & ordinarunt, quòd si contingat aliquem esse deputatum coadiutorem à Reuerendo Capitulo cum futura successione alicuius hebdomadarij, succentoris, Diaconi, aut Subdiaconi Ecclesiæ, & vacante simili officio, coadiutor petat sibi illud conferri, tali casu, Capitulum, & Canonici

concor

concordes, & nemine discrepante, possint tale vacans officium eidem coadiutori conferre, etiam non præcedente edicto, nec seruatis solemnitatibus dictæ cõstitutionis. Et quòd idem feruetur, vacantibus alijs similibus coadiutorum deputationibus aliorum supradictorum officiorum; dummodo tales coadiutores fuerint assumpti ad coadiutorias, præcedente edicto, & seruatis alijs in prænarrata constitutione contentis. Act. die xxx. Decembris. M. D. lxxv. Ioanne Alamany notario & scriba.

¶ Constitutio, quòd decem officia altaris, & chori Ecclesie sint deinde ad nutum amobilia, & de eius reuocatione.

SEde pastore carente, Canonici, & Capitulum statuerunt, & ordinarunt, honestis de causis in Paschali & generali Capitulo, quòd de cetero decem officia Ecclesiastica per dictum Reuerendum Capitulum prouideri solita sint amobilia ad nutum Reuerendi Capituli. Quæ constitutio irreuocabilis est, vno contradicente. Act. die xx. Aprilis. M. D. lxxviii.

¶ Hæc constitutio penitus censetur abrogata, tanquam contraria præscripto vsui, & consuetudini conferendi eiusmodi officia, tanquam collatiua, per manus Vicarij generalis capitularis, cum nisi per sententiam priuari possit quisquam officialium prædictorum à suo officio, ideo penitus abolenda illa, immo censetur abolita.

¶ Constitutio de eisdem officarijs, siue personatibus.

¶ Item constitutione Vitalis Episcopi, & honorabilis Capituli

Capituli constitutione cauent, quòd nullus beneficiatus, aut officarius in altari maiori procurationis onus laudabilis eleemosynæ Sedis assumere possit, nec ad hoc etiam coarctari, ne altare prædictum suo valeat seruitio defraudari. Ex impress. fol. 84. b.

¶ Constitutio de hebdomadarijs, Diaconis, Subdiaconis, succentoribus, non nominandis ad alia officia Ecclesie.

SEde pastore carente, in Capitulo Páschali, Reuerendum Capitulum, & Canonici renouantes constitutionem antiquam Vitalis Episcopi de non admittendis ad onus procurationis laudabilis eleemosynæ beneficia ros altaris maioris, addentes eidem, constituerunt, & ordinarunt, quòd dicti beneficiati, qui sunt hebdomadarij, Diaconi, Subdiaconi, & succentores, nullo modo de cætero nominari possint, nec ad onus procurationis eleemosynæ, nec ad aliud quoduis Ecclesie officium, ne altare maius, neq. chorus suo defraudentur seruitio.

A. x. Aprilis M.

D. xx.

Titulū

Titulus X. de salarijs & officijs Ecclesie, tam Canonicorum, quam aliorum.

¶ Constitutio, quod Canonici qui tenent officia habeant certum salarium.



Homini de Capitulo cum Vicario generali ordinarunt, quod à modo Canonicus, qui fuerit procurator distributionum communium Sedis, habeat quolibet anno pro salario decem florenos. Canonicus qui officium rationum communium, quinque florenos: Canonicus qui officium thesaurariæ, tres florenos: Auditores compotorum pro definiendo compoto thesaurariæ, cuilibet vnum florenum: & notarius Capituli habeat pro laboribus, rã de compotis thesaurariæ, quàm rationum communium, de quolibet medium florenum. Ex impress. fol. 30. b.

¶ Augmentatio salarij quorundam officiorum, & de prestandis fideiussoribus.

Constitutione iurata, Erardo Cardinale, & Archiepiscopo, domini de Capitulo cū Vicario generali, statuerunt, & ordinarunt, quod quicumque Canonicus, cui officia rationum communium, thesaurariæ, seu annatarum obuenerint, antequam ad illa admittatur, idoneos fideiussores ad arbitrium Capituli præstare teneatur, ac quod pro offi-

pro officio rationum communium, pro salario habeat decem libras. Qui verò thesauraria, alias decem. Qui officium annatarum, habeat vnum regale monetæ Valentinae pro libra, scilicet pro annatis Archiepiscopatus, dignitatum, & præpositurarum, & canonicatum. In quo regali in præposituris comprehendatur salarium substituti. Et Canonici, qui Syndicatum habuerit, habeat pro salario quindecim libras; qui officium de Albal quinque libras: diuisis compositionibus ratione delictorum loci, & quis portionibus, inter administratorem, & Ecclesiam sanctæ Annæ, eremitorium dicti loci. Qui autem administrationem elemosynæ Denconesa habuerit, quindecim libras: qui officium de doubles, y anniuersaris, decem libras: Qui verò officium de la obra, quindecim libras: Quæ augmentatio salariorum, intelligitur comprehensis antiquis salarijs, & absque salario substitutorum. Quod est actum die xxiiij. mensis Aprilis M. D. xxxiiij. Ex impress. fol. 31.

¶ Constitutio, quòd administratores, siue procuratores nullo modo exerceant officia antequam præstent fideiussores.

Ioanne de Ribera Archiepiscopo, eius Vicarius generalis cum Reuerendo Capitulo statuerunt, & ordinarunt, quòd de cætero nullus Canonicus, neque alia quæuis persona Ecclesiastica, qui ad officium, seu administrationem Ecclesiæ à Reuerendo Capitulo nominati fuerint, ac vel ex constitutione, vel ex consuetudine Ecclesiæ, ad præstationem fideiussorum ratione sui officij, seu administrationis sunt obligati, sese in officio, seu administratione exercenda intromittant, ac neque per se, neque per inter-

posi

positam personam, quantitatem aliquam ratione dicti officij, seu administrationis, recipere audeant, quin prius tã ipse principalis, quàm eius fideiussores in forma solita, se obligauerint; ac per dictum Reuerendum Capitulum admissi, & approbati illi fuerint. Mandantes scribæ, & Archiuerijs Capituli, sub pœna decem librarum, ne libros, neque instrumenta ad eiusmodi officium, seu administrationem pertinentia eis tradant, donec dictus scriba prædictas obligationes, & firmas cum effectu receperit. Quod est actum ix. mensis Ianuarij. M.D. lxxvij. Petro Lopez, notario & scriba.

¶ *Constitutio, quòd non perpetuentur officia.*

Constitutione iurata Roderico Cardinali, & Episcopo, eius Vicarius generalis cum dominis de Capitulo, paschale Capitulum celebrantes, statuerunt & ordinarunt in perpetuũ, vt officia Ecclesiæ diuidantur sic. Quòd antiquior Canonicus eligatur ad officium Rationalis, & iunior etiam ex Canonicis in socium seu adiutorem compotorum cum dicto Rationali; & alius Canonicus immediatè sequens post antiquiorem, sit procurator generalis eleemosynæ. Item quòd Canonicus ex iunioribus, qui sequitur post auditorem compotorum, sit administrator annatarum mortis. Item quòd sic censeatur, & fiat de administratoribus laudabilis eleemosynæ, singulis annis per turnum, quoad impleatur turnus eorum, qui nõ recepti sunt, ad instar officij impositionis albaranorũ. Et quia ex perpetuitate officiorum, quæ per clericos administrantur, lapsa fuit quandoq̃. Ecclesia; statuerunt, & ordinarunt, ne deinceps vnus clericus, seu beneficiatus in administratione sibi

sibi commissa possit amplius quàm biennio illam regere. Act. anno M. cccc. xxvij. decima mensis Aprilis. Ex impress. fol. 31. b.

¶ *Constitutio, quòd officia distribuuntur per turnum.*

Domini de Capitulo cum Vicario generali, Paschale Capitulum celebrantes, quinta mensis Iunij, anno M cccc. xcij. constituerunt, & ordinarunt, quòd officia, quæ antea per electionem solebant inter Canonicos distribui, deinceps distribuuntur per turnum, hoc videlicet modo, quod officium rationum communium, detur antiquiori Canonico, officium thesaurarij, sequenti antiquiori: ad denarium minutum sequens eligatur: ad Syndicatum alter suo ordine; ad distributiones canonicales, alter suo ordine sequens; ad anniuersaria, & duplas, immediatè veniēs: ad procuratorem de Albal huic proximus: Et isti septem antiquiores per ordinem sint primi anno sequenti: Alij verò septem de antiquioribus sequentibus, anno post venienti, & ita deinceps vsque ad vltimum Canonicum inclusiuè: & sic reuertatur ad primum, & antiquiorem, vt prius, suo ordine. Volueront tamen, & ordinarunt, quòd prædicta officia possint retineri simul cum alijs officiis per turnum venientibus, scriptis in constitutione superius dicta, & etiam cum officijs albaranorum, & operarij murorum, & vallorum. Constituentes quòd administratores dictorum officiorum teneantur rationem reddere suarum administrationum secundum formam constitutionis supra expressæ. Ex impress. fol. 31. b.

¶ *Constitutio de cæteris officijs concedendis per turnum.*

Capiru-

Capitulum vnà cum Vicario generali, in Capitulo Paschali constituerunt, & ordinarunt, quod quædam officia nempe ad dandum signa; ad bacinum fabricæ; ad pedem altaris; ad accendendum cereos; ad ordinandum super tertijs beneficiorum; quæ officia olim per electionem dari solebant, deinceps dentur per turnum: & antiquior Canonicus habeat primum, sequens secundum. Ita quòd de dictis officijs fiat discursus per singulos descendendo suo ordine; & finito turno redeant ad primũ; & quòd prædicta officia sint compatibilia, haberi que possint simul cũ alijs officijs, & quod in his officijs, sicuti in alijs, habentes teneantur nominare substitutos, ad illa regendum, beneficiatos Sedis; qui iurare debeant de bene & fideliter administrando. Et quòd nominati substituti debeant dare fideiussores, & idoneas cautiones; nec non computũ & rationem de administratis reddere. Etsi Canonicus noluerit nominare substitutũ, Capitulum eligat, & idoneas cautiones ab electo accipiat. Act. fuerunt die xxx. Aprilis M. cccc. xciiij. Ex impress. fol. 33. a.

¶ Bulla Alexandri sexti confirmatoria duarum constitutionum de turnis.

Hæc Bulla confirmat de verbo ad verbum duas constitutiones Ecclesiæ præhabitas super officijs per turnum dari solitis. Sub dat. Romæ anno Incarnationis domini. M. cccc. xciiij. decimo Kalen. Iulij. Pontificatus anno primo. Ibidem. b.

¶ Constitutio contra Canonicos absentantes se in fraudem, vt alij Canonici priuentur officijs sibi per turnum prouenientibus.

K

Vica-

Vicarius generalis, & Capitulum in solempni Paschali Capitulo statuerunt, & ordinarunt, quòd quilibet Canonicus qui in tertio festo Paschæ Resurrectionis (in quo ab antiquo consuetum est celebrari Capitulum Paschale dictæ Sedis) præsens fuerit in ciuitate vel diœcesi Valentina, & postea recesserit, à dicta ciuitate vel diœcesi: licet tempore electionis, & concessionis officiorum, & administrationis dictæ Sedis non sit præsens, quòd habeatur pro præsentem, ac si non recessisset, & officium, siue administratio in illa electione sibi incumbens detur eidem, seruato ordine turni iuxta formam cõstitutionum per Apostolicam Sedem confirmatarum. Et quòd Canonico, cui competit officium, recedente, neque procuratorem ad nominandum in dicto officio dimittente, Capitulum possit nominare substitutum ad regendum dictum officium pro absente, eius absentia, seu contumacia, in aliquo non obstante. Act. die vigesima prima Aprilis, anno M. D. xvj.

¶ *Constitutio, quo tempore residere teneatur Canonicus, ut habeatur præsens ad obtinenda officia etiamsi absens.*

Reverendi domini de Capitulo Paschali celebrantes (in quo nullus erat Vicarius generalis, sed antiquior Canonicus vices eius gerebat de antiqua Ecclesiæ consuetudine) statuerunt, & ordinarunt, quòd abinde quicumque Canonicus præbendatus qui fuerit præsens in ciuitate, in primo die mensis Aprilis, seu quolibet die dicti mensis, licet postmodum tempore electionis officiorum Capituli, seu Ecclesiæ absens fuerit, habeatur ut præsens ad quæcunque officia per turnum ad se spectantia. Act. 21. Aprilis. 1522.

¶ *Con-*

¶ *Constitutio reuocatoria precedentis constitutionis, quòd Canonicus Paschali Capitulo interueniens obtineat officia etiamsi absens prima die Madij.*

SEde pastore carente Reuerendum Capitulum, & Canonici ad tollenda inconuenientia, quæ sequi solent ex constitutione aliàs edita qua cauetur, quòd nullus ad officia singulorum trium turnorum de Capitulo admitti possit, nisi qui prima die cuiuslibet mensis Maii præsens in Ecclesia, seu in ciuitate residens fuerit, prout in præsentì constitutione de inconuenientibus est relatio. Iccirco statuerunt, & ordinarunt, quòd de cætero nullus ad præfata singulorum trium turnorū officia admittatur, nisi qui tertio die Paschatis Resurrectionis dominicæ, in solempni Capitulo Paschali præsens interfuerit, ac neque amplius pro obtinendis dictis officijs interesse prima die Madij teneatur, seu obligatus existat. Quæ constitutio iurata est, atque vno contradicente irreuocabilis. Act. die 16. Aprilis, 1567

¶ *Constitutio super erectione officij Subsacriste Sedis.*

RAimundus Episcopus Valentinus, vnà cum honorabili Capitulo, attendentes circa curam & custodiam vasorum & instrumentorum templi, ad sacrificia peragenda, necesse esse non cuiuis, sed personis probatæ fidei & religionis commendari debere, à quo & reposci ratio, & dānum ac sacrilegia, si quæ sequantur, exigi possint, mature statuerunt, atque de nouo crearunt officium Subsacriste Sedis, quòd perpetuo in Ecclesia sit, qui custodiat, fideliterque conseruet commissas sibi res intra Ecclesiam, & sacristiam, scilicet reliquias, thesaurum, ornamēta, bona

K 2 omnia

omnia, & iura apud Sacristiam deposita, & commendata, Et hoc iuret quoties ad eiusmodi officium eligatur. Qui etiam de dolo, culpa, & negligentia remaneat obligatus Episcopo, & Capitulo, ac quod rationem reddere teneatur de omnibus cum fuerit requisitus. Cui Subsacristæ pro annuo salario, & mercede assignantur quantitates in presenti constitutione designatæ, prout in ipsa latius continentur. Act. xv. Kalend. Iunij, anno M. ccc. iij.

¶ *Constitutio de thesaurarijs & de eorum officio.*

FRATER Raimundus Episcopus, anno domini M. cccc. viij. & Capitulum in Paschali statuerunt, quod à modo duo thesaurarij ordinentur annuatim Canonici vel prælati, qui bona communia Capituli colligant, recipiant, & requirant à quolibet detentore, eaque conseruent fideliter, ac etiam expendant in vsibus necessarijs & communibus Ecclesiæ, non priuatis; neque præfata bona alicui de Capitulo, vel extra mutuare, neq. credere quouis modo valeant. Et qui compotum & rationem suæ administrationis reddere teneantur alijs substituendis thesaurarijs. Qui que in principio administrationis iurare teneantur, & alia facere in constitutione expressa, quæ etiam iurata existit. Ex impress. fol. 36. b.

¶ *Constitutio super collatione officij lectoris Theologie.*

ALfonso Episcopo eius Vicarius generalis cum honorabili Capitulo, anno M. cccc. xliij. vndecima mensis Septembris constituerunt, & ordinarunt alias
in con

in contrarium facientes constitutiones reuocantes quòd de cætero vacantes lectoriæ Theologiæ officio in Ecclesia ad illud assumatur, & eligatur per dominos Episcopũ, & Capitulum, Canonicus eiusdem Ecclesiæ si reperiatur idoneus, aliàs in defectũ, presbyter Ecclesiæ beneficia- tus, aut alius de ciuitate vel diœcesi Valentina, qui in sacra Theologia graduatus existat, qui salarium dari consuetum recipiat. Act. die, & anno præfixis. Ex impress. fol. 87. a.

¶ *Constitutio, quòd vnus Canonicus stet in loco in de Burjaçot, & de eius reuocatione.*

HAcc constitutio est omnino abrogata per venditiõ- nem, siue transportationem factam eiusdem loci, ac possessionis de Burjaçot cum omnibus iuribus suis in euidentem vtilitatem administrationis eleemosynæ Denconesa, ad quam dicta possessio loci spectabat: prout in patẽtibus scripturis venditionis quæ facta fuit anno M. D. lx. continetur. Ibidem fol. 87. a.

¶ *Constitutio, quòd procurator de Albal eligatur ad voluntatem Capituli.*

DOmini de Capitulo cum Vicario generali paschale Capitulum ceiebrantes constituerunt, & ordinarũt, ne deinceps Præpositus præposituræ vulgò dictæ de Albal sit procurator dicti loci, qui est dicti Capituli. Immò sit & eligatur ad voluntatẽ Capituli, vnus ex Canonicis qui ad eorum beneplacitum dictam procurationem exercere debeat, & in continenti fuit vnus ex Canonicis ad id

K 3 nomi-

nominatus qui acceptauit. Ex impress. fol. 37. b.

¶ *Constitutio de oratoribus, & salarijs.*

Constitutione decretum fuit per dominos de Capitulo, vt occurrente necessitate de mittendo legato, siue Oratore ad curias regias, aut in alia loca, cōuocentur omnes Canonici, qui in ciuitate, vel ad leucam inuenti fuerint, & quòd proponatur; an mittendus sit orator, an causa sit utilis vel necessaria Ecclesiæ, vel non. Idq̃. à duabus partibus Capituli determinetur; nisi sit controuersia inter Episcopum, & Capitulum. Tunc enim an mittendus sit Orator, à maiori parte Capituli determinetur. De electione vero personæ, & quis ex Canonicis mittendus sit; à maiori parte Capituli fiat determinatio, & electio. Salarium verò sit Canonici simplicis, xx. solidorum. Dignitatem verò habentis, xxv. Si verò pro cōmunibus Episcopi, & Capituli negotijs eliagtur, habeat Canonicus simplex, xxv. Dignitatem autem habens, xxx. De quibusverò pecunijs dicta salaria exhigantur, voluerunt stari constitutionibus super hoc disponentibus. Ex impress. fol. 38. a.

¶ *Constitutio, quòd Canonicus Syndicus ad curias generales missus deferat secum Subsyndicum Ecclesiæ clericum.*

Erardo de la Marchia Cardinali & Archiepiscopo, Canonici, & Capitulum vnà cum Vicario generali constitutione iurata statuerunt, & ordinarunt, quòd si Canonicus Syndicus ad curias generales destinatus, voluerit secum deferre Subsyndicum, hunc eligat ex beneficia.

ciatis Ecclesiæ, dummodò sit idoneus ad cognitionem, & approbationem Capituli: cui Subsyndico prouideatur de salario quindecim solidorum, quolibet die seorsum. Act. die nona Madij, anno M. D. xxxij. Ibidem.

¶ *Constitutio, quòd nullus mittatur ab Archiepiscopo ad curias generales, nisi Canonicus actus prebendatus.*

Iacobo Cardinali Episcopo, domini de Capitulo statuerunt, & ordinarunt, vt de cæterò in quibuscunque curijs generalibus, seu particularibus celebrandis, per dominum Regem, aut alium loco eius, nulla persona laica quantumuis nobilis cuiuscunque gradus, aut conditionis existat, possit quouis modo pro parte, atque ordine Episcopi in illis interesse. Quinimmo de necessitate quicumque ad interessendum in celebratione dictarum curiarum mittetur per Episcopum, sit, atque eligi debeat de Canonicis Ecclesiæ, seu de presbyteris Ecclesiæ, seu diocesis Valentinæ.

¶ *Constitutio de modo quo eligendus est Syndicus ad curias generales mittendus.*

Fratre Thoma Archiepiscopo, eius Vicarius generalis cum Reuerendo Capitulo statuerunt, & ordinarunt, quòd de cæterò quando Syndicus ad curias generales erit mittendus, à duabus partibus Capituli sit eligendus, diuersus ab eo, qui prima die Madij per turnum Syndicus Ecclesiæ fuerit nominatus: is enim nullo pacto ad curias mittendus est, nec in hisce negotijs se intromittere debet, nisi specialiter fuerit propter eius sufficientiam, & peritiã

K 4 nego-

negotiorum, ad id de nouo electus. Quæ constitutio iurata est, & vno contradicente irreuocabilis. A. Et. xiiij. Nouëbris. M. D. L.

¶ *Constitutio super dietis, & salario legationis Canonici.*

Francisco de Nauarra Archiepiscopo, eius Vicarius generalis, & Reuerendum Capitulum statuerunt, & ordinarunt, quòd quicumque fuerit designatus orator à Capitulo, ac missus pro negotijs Ecclesiæ in quemcumque locum, vbi Regis curiã residere contigerit extra Regnum Valentiaë, intra tamẽ Hispaniaë fines, si fuerit Canonicus, tantùm habeat pro salario vnoquoque die, durante legatione, tres ducatos auri: hoc est sexaginta sex solidos; si autẽ Canonicus dignitatem habens adduntur illi iuxta morẽ antiquum singulo quoque die quinq. solidi vltra dictos sexaginta tres. Ac insuper quod tam Canonico tantùm, quàm dignitatem etiam habenti Canonico, vltra prædictum salarium, addantur etiam pro expensis extraordinarijs, quas facturus est, tam in discessu, quàm in regressu, biscentum ducati auri semel tantùm. Quando vero præfatus legatus iturus est ad curias generales in oppido Montisoni, aut alio in loco, modo sit extra Regnum Valentiaë, tunc Canonici tantùm habeat pro salario ordinario quinquaginta solidos, Dignitatem autem habens simul Canonici quinquaginta quinque solidos. Ac etiam pro expensis extraordinarijs, siue Canonici tantùm, siue vnà etiã dignitatem habens, accipiat centum ducatos dumtaxat. Prætereà etiam Subsyndicus quem prædictus orator debet secum assumere ad curias Regias comitem, habeat etiam pro suo salario singulis diebus vnum ducatum auri.

Quod

Quod si contingat mitti huiusmodi Oratores, aut extra Regna Hispaniæ, aut intra Regnum Valentiniæ, tunc eiusmodi salarij deputatio, & assignatio arbitrio, ac deliberationi Capituli relinquatur determinanda: Similiter ubi neque Canonicus, neque digni aтем habens fuerit orator, à Capitulo determinetur salarium. Quæ constitutio iurata est, vno contradicente irrevocabilis. Act. xxij. Decembris, anno M. D. lxxj. Ioanne Alamany notario & scriba.

¶ Constitutio de personis mittendis ad visitandum Archiepiscopum noviter electum, & de salarijs eis persolvendo.

SEde Pastore carente Reverendum Capitulum statuit & ordinavit, quòd de cæterò quotiescunque per Regiam Maiestatem fuerit designatus, & nominatus novus Archiepiscopus Valentinus, Reverendum Capitulum mittere possit, ac mittat, ut equum est, vnicum tantum Canonicum de eodem Capitulo ad Archiepiscopum nominatum, visitationis, atque congratulationis gratia, cum salario ordinario sexaginta trium solidorum quolibet die, & si fuerit Canonicus in dignitate cõstitutus vsque ad sexaginta octo solidos, & quòd non possit amplius quippiam habere etiam ratione subventionis, seu donationis, aut expensarum, aut quovis alio titulo, seu colore. Quæ obligatio mittendi Canonicum ad visitandum intelligenda est, quando ipse Archiepiscopus electus residet intra fines Hispaniæ: extra enim non erit mittendus Canonicus Orator expensis Capituli, seu Ecclesiæ Valentiniæ. Quæ constitutio iurata est, atque vno contradicente irrevocabilis. Act. vij. Februarij, M. D. Lvij.

¶ *Constitutio de officio Syndicatus, & de limitatione mandati pro Syndicis.*

Idem statuerunt, quòd Syndico Canonico, cui officiũ Syndicatus venerit prima die Madij per turnum, detur mandatum ad lites tantũ, cum potestate substituendi, & similiter Syndico laico detur mandatum ad lites tantũ: daturi nouum, atque speciale mandatum Syndico, & Subsyndicis, prout fuerit exigentia negotiorum. Quę constitutio iurata est, & vno contradicente irreuocabilis. Actum xiiij. Nouembris M. D. L.

¶ *Constitutio de officijs mechanicis Ecclesie.*

Alfonso Archiepiscopo, eius Vicarius generalis, & Capitulum prouiderunt, quòd à modo nullus Canonicus, absque expressa voluntate, & mandato Reuerendi Capituli, possit nec valeat infirmos officarios Sedis, videlicet Carpentariũ, Fabriferrarium, Latomum, siue lapicidam, scoparium, & alios eiusmodi mutare, & loco eorum adhibere alios, sub pœna per Capitulum indicenda. Act. die ij. Iunij, M. D. xiiij.

¶ *Provisio de officio Lapicide.*

Reuerendi de Capitulo, vnà cũ Vicario generali prouiderunt, quòd salarium Lapicide Ecclesie, quòd vacauit per obitũ alterius Lapicide, quòd sc̄ui solet à Prepositis Ecclesie, sit applicatum, prout perpetuò aplicarũt fabricæ dictæ Sedis, quæ fabrica siue operarius recipiat illud ad opus dictæ fabricæ. Act. die 30. Decembris 1524.

¶ *Pro*

*Ecclesie Valentinæ.**¶ Prouisio de non assignando salario ordinario
aduocatis.*

E Adem die ijdem domini de Capitulo statuerunt, & prouiderunt, quòd mortuis aduocatis Ecclesie, qui nunc sunt salarium illorum penitus vacet, nec amplius salarium ordinarium cuiquã aduocato dari possit, nisi quibusuis iurisperitis, qui pro Ecclesia, aut Capitulo aduocauerint, eisdem non vice salarij, sed pro laboribus fiat honesta recompensatio. Act. xxx. Decembris M. D. xxiiiij.

¶ Prouisio de non eligendo aduocato.

F Ratre Thoma de Villanoua Archiepiscopo eius Vicarius generalis, & Reuerendum Capitulum prouiderunt, quòd occurrẽte vacatione alicuius ex aduocatis Ecclesie qui numero sunt quattuor, non fiat electio alterius aduocati de nouo donec omnes quattuor cessauerint, per obitũ, aut aliàs. Quo casu non eligantur nisi duo tantum cum salario ordinario xv. librarum. Quæ prouisio iurata est. Act. die xv. Aprilis, M. D. xlvij.

*¶ Constitutio de electione, siue acceptatione cantorum,
eorumque salario, & quòd augeri
non possit.*

E Odem Thoma Archiepiscopo, Vicarius generalis, & Reuerendum Capitulum, statuerunt, & ordinarunt, quod nominatio, & acceptatio cantorũ Ecclesie fiat præcedente conuocatione, & cum fabis; Et quòd salarium cuiuscunque cantoris non possit excedere summam sexaginta li-

ta librarum Valentiaë in hunc modum, sex scilicet saccis appensis, in quorum primo duo signa in alio quattuor, in alio quinque, in alio sex, in alio septem, in reliquo vero sexto sacco octo designentur: & huiusmodi sic obtentum salarium amplius augeri non possit, neq. diminui. Adhuc quod de cætero non possint fieri gratiæ, nec subventiones dictis cantoribus. Demum quod volentibus ex magna aliqua causa, siue occasione præcellētis cantoris, aut aliàs, salarium augere, id fieri non possit, nisi per omnes de Capitulo vnanimis, & concordēs, ac nemine discrepante. Exceptis tamen præsentibus, qui nunc Ecclesiæ deseruiunt cantoribus, penes quos augendi vna vice tantum facultatem sibi Capitulum retinuit. Quæ constitutio iurata est atque vno cōtradictēte irreuocabilis. Act. iiii. Iulij, M. D. liij.

¶ Constitutio super augmento salarij cantorum, & officialium Ecclesiæ.

HAec constitutio quæ edita fuit à Reuerendo Capitulo, sub dat. xvij. Iunij M. D. lxij. continet salaria quæ dantur cantoribus, non in genere, sed certis cantoribus Ecclesiæ nominatis, & continet multa membra, & particularia statuta, quæ singula enarrare esset superfluum & inutile: ideo curioso habeatur recursus ad illam in ipso libro constitutionum manuscripturarum. Act. dicta die, mense, & anno prædictis. Ioanne Alamany notario & scriba.

¶ Constitutio, quod cantores, & tibicines Ecclesiæ Valentinae, non exerceant officium extra Ecclesiam nisi de licentia, & qui apuncentur propter absentias.

Sede

SEde pastore carente, domini de Capitulo prouiderunt, & ordinarunt, quòd capella cantorum, & ministrilium dictorum, aut pars aliqua dictæ capellæ, nec aliquis eius singularis cantor, seu ministrilis, de cetero non possit vllò tempore diebus festiuis, nec feriatis, die, aut nocte cantare, neq. personare in aliqua Ecclesia, monasterio, seu alio quocūque loco, coniunctim vel diuisim, nec à Sede exire ad alias Ecclesias cantandum, absque expressa licentia petita & obtenta à Reuerendo domino Vicario generali capitulari, sub pœna vnius aurei, à dictis cantoribus, & ministris, sine remissione exigenda, & fabricæ Sedis applicanda. Atque vt melius supradiçta obseruari debeant, voluerunt, quod prædicti cantores, & ministriles apuntentur per eum qui à Capitulo designabitur. Et quod absentes absque caussa legitima, pro quolibet puncto, in quo defecerint soluant vnum solidum præfatæ fabricæ, ad arbitriũ Vicarij generalis, qui exnunc sit perpetuus vtrorumque musicorum magister capellæ. Actum. die v. mensis Nouẽbris. M. D. lxxvij. Ioannes Alamany notario & scriba.

¶ *Ordinationes per Reuerendum Subsacristam Sedis Valentiniæ seruandæ.*

Hæ ordinationes offerri solent Subsacristæ Sedis ad officium suum exercendum, quas de bene & legaliter obseruandis tenetur iurare, & idoneos fidei flores ad id dare, prout in libro constitutionum sub hoc titulo latissimè continentur: ad quas habeatur relatio. Act. xiiii. Decembris, anno M. D. lviii.

¶ *Constitutio contra procuratores petentes à Reuerendo Capitulo dilationem ad soluendum.*

Eodem

Eodem Francisco Archiepiscopo eius Vicarius generalis, & Reuerendum Capitulum, statuerunt, & ordinarunt, quòd omnes clerici, & beneficiati, qui hactenus officia, seu procurationes Ecclesiæ habuerunt, seu in posterum obtinebunt, qui pacta & conuentiones cum Reuerendo Capitulo fecerunt, seu de cetero facere attentabunt ad effectum, vt temporis prolongationem ad solutionem eorum, quæ apud se residua fuerint impetrent, tales ipso facto inhabiles sint, & incapaces, ad quodcunque officium, seu procuratiunem in Ecclesia de cætero obtinendam. Quæ constitutio iurata est, & vno contradicente irreuocabilis. Act. xvi. mensis Aprilis, anno M. D. lx.

¶ Constitutio de procuratoribus maioribus elemosynæ: duplarum, & anniuersariorum, denarij minuti, & administrationis de Perellos, quæ præstare debeant, vs sequenti anno admittantur ad eadem officia.



Martino de Ayala Archiepiscopo, eius Vicarius generalis, & Reuerendum Capitulum statuerunt, & ordinarunt, quòd de cætero nullus beneficiatus qui aliquod ex quattuor officijs siue administrationibus, procuræ maiori, duplatum & anniuersariorum, denarij minuti, necnò Melchioris de Perellos, obtinuerit, admitti possit, neque admittatur ad aliquod ex prædictis officijs iterum administrandum, neque per se, neque per interpositam personam, nisi prius compotum, & rationem reddiderit obtenti sui antea officij, & administrationis, atque ab eis omnino absolutus, & definitus fuerit. In alijs verò officijs, & admi-

mini-

ministracionibus Ecclesie, seruetur ordo antiquus iuxta constitutiones Ecclesie. Quæ constitutio iurata est, & vno contradicente irreuocabilis. Act. die nono mensis Aprilis, anno, M. D. lxxv. Ioanne Alamany notario, & scriba,

¶ *Constitutio circa officium scribæ, atque notarij Capituli.*

Hæc constitutio quæ edita fuit die decima Aprilis, anno M. D. xx. ab honorabili Capitulo, Sede pastore carente, continet aliam constitutionem domini Vitalis Episcopi, in qua recensentur ea quæ competunt officio, & exercitio scribæ, siue notarij Reuerendi Capituli, & quæ præstare, & iurare teneatur dictus scriba. Quæ constitutio de nouo per præsentem confirmatur: ac etiam præcipitur, vt libri, & protocola arrendamentorum iurium decimarium, tam domini Archiepiscopi, quàm Capituli, & præpositurarum, & administrationum Ecclesie reponantur in archiuio Sedis, & Capituli: necnon mandatur eidem scribæ Capituli, vt suprascripta omnia arrendamenta recipiat ipse tam pro parte Archiepiscopi, quàm pro parte Capituli, & aliorum. Postremò salaria quæ eidem competunt, & à quibus recuperare illa debeat, & quota vel quanta pars sit, quam ab vnoquoque, scilicet, Archiepiscopo, Capitulo, Dignitatibus, præposituris, & administrationibus debeat scriba recipere, in ea ipsa constitutione speciatiim continetur. Act. die, mense, & anno præfixis.

¶ *Constitutio, quòd officia albaranorum, & murosorum non ad clerum, sed ad Canonicos exerceri spectent.*

Idem

Idem ordinarunt, & prouiderunt, quòd neque Syndicus, seu procurator Cleri Valentini, neq; totus ipse Clerus possint aliquem ad regendum, seu exercendum officium murorum, & albaranorum eligere, ac præficere: cùm dictorum officiorum electio, nominatio & regimen ad Episcopum, & Capitulum tantùm, simul & communiter spectent, ac omnino pertineant. Acta fuerunt tertia die mensis Augusti, anno M.ccc. xcij.

¶ Constitutio de modo recipiendi capson per Canonicum impositorem.

Fratre Thoma Archiepiscopo, eius Vicarius generalis, & Reuerendum Capitulum attendentes, quòd cùm à tempore immemorabili institutum fuerit, quòd Canonicus, cui per turnum competit officium, vulgò de la imposicion, vt assistat in loco, & horis, quibus per arrendatores ciuitatis, de la sisa dictos, clericis, ac religiosis fit recòpensatio impositionis de la sisa, vt vnique fiat vera & iusta restitutio, neque de suo cuiquam detrahatur, ideoque præfatus Canonicus pro labore suo, & assistentia à simili & immemorabili tempore habeat, & recipiat, vt vulgò dicunt el capson; statuerunt, & ordinarunt, quòd iuxta ordinem, & antiquum modum in hac ipsa constitutione expressum, & vetusto computandi vsu receptum, dictus dominus Canonicus impositor teneatur obseruare præfatũ usum in exhigendo capson vsitatum modo & forma præ narratis in præsentì constitutione, ad quam habeatur recursus: Et quòd Canonicus impositor tempore electionis officij teneatur iurare se illam omnino obseruaturũ. Quæ constitutio iurata est, & vno contradicente irreuocabilis.

Act

Actu m. xv. Octobris. M. D. xlvij.

*¶ Constitutio, quando sit salarium solvendum Canonicis
Rationalibus.*

Eodem Thoma Archiepiscopo, eius Vicarius genera-
lis, & Reuerendum Capitulum statuerunt, & ordina-
runt, quòd de cætero Canonici Rationales pro tempore
existentes, non possint habere salaria dicti officij, nisi cõ-
putato libro, & facta definitione, quòd si procuratores sol-
uerint ante tempus talis solutio, eisdem non admittatur.
Ideoque mandarunt, quòd procuratores administratio-
num iurent de non soluendo dicta salaria, antequam su-
pradieta fiant. Act. die iij. Aprilis, M. D. xlvij.

*¶ Constitutio super electione Syndici, ad negotia sta-
menti, & brachij Ecclesiastici per-
tractanda.*

Illustris, ac Reuerendiss. D. D. Ioannes de Ribera Ar-
chiepiscopus, vnà cum Reuerendo Capitulo Valétino,
attendentes, quòd ab immemorabili tempore officium
Syndicatus Capituli, non solùm totius Cleri ciuitatis, &
diœcesis, sed totius etiam stamenti, & brachij Ecclesiasti-
ci vniuersi Regni Valentini, annexum habet Syndicatus
officium, atque vtrumq. plenè exercet vnus Capitularis
Ecclesiæ Canonicus, cui per turnum illud obuenerit: sed
quia ob tantum negotiorum pondus, & multitudinẽ, quæ
sustinet, sæpe accidit, vt nisi cum magna negotiorum ia-
ctura, & detrimento, vtrumq. solus exercent. Iccircò pro-
uide statuerunt, & ordinarunt, quòd de cætero ultra Syn-
dicum

dicum Capituli, vnoquoque anno per turnum eligendū, eligatur etiam alter de gremio eiusdem Capituli in Syndicum, ad negotia dicti brachij, siue stamenti Ecclesiastici, extra Curias tantum gerenda; eiusque electio fiat modo, & forma, atque cum solennitatibus in presenti constitutione expressis. Cū hoc tamen quod Syndicus Capituli per turnum nominatus, teneatur quolibet anno substituere ad negotia dicti brachij, siue stamenti, prefatum electum stamenti Syndicum, seu ab eo nominandum, casu quo idem electus personaliter deservire noluerit, prout in cōstitutione latius continetur. Electionē verò Syndici, qui in curijs regijs, tam generalibus, quàm particularibus celebrandis interueniat, & assistat, Capitulum penes se referuat faciendam de vno etiā ex Canonicis dicti Capituli, conferendo ei plenam potestatem ad interueniendum, & assistendum, iuxta alias editam constitutionem. Quem etiam electum prædictus Syndicus capitularis per turnum nominatus (vtpotè penes quem semper residet vniuersa officij facultas) teneatur ad cautelam substituere. Nisi tamen idem Syndicus per turnum nominatus de nouo eligatur ad curias mittendus. Quæ constitutio iurata est, & vno contradicente irreuocabilis. Act, xxiiij. Martij, anni M. D. lxxvj. Petro Lopez notario & scriba.

¶ *Renocatio Syndicatus Cleri Valentini.*

Aacobus Cardinalis Sabinensis Episcopus, & administrator Episcopatus Valentini, vnà cum honorabili Capitulo, die xvij. Ianuarij, anno M. ccc. xcvj. Attēdentes, quòd aliàs vigore quorundam Capitulorum, siue supplicationum, per quosdam presbyteros, & clericos ciuitatis pro
parte

parte Cleri, Rectorum, Vicariorum, Beneficiatorum, & aliorum presbyterorum ciuitatis, & diœcesis Valentini, interpositarum in eorundem fauorem, & ab eodem Episcopo, seu Vicario generali, vel officiali admissarum, tot scandala, insolentiæ, & conspirationes insequutæ fuere contra potestatem, & iurisdictionem Ordinarij, & aliorum superiorum Ecclesiasticorum; propterea quòd vigore dictorum Capitulorum præfati curati, presbyteri, & alij beneficiati ciuitatis, & diœcesis Valentini, fecerunt, & tenuerunt Syndicum, & certos nominatos deputatos à Clero, quin & bursam siue arcam communem, indeque congregationes, parlamenta, & secreta concilia celebrarunt; varijs iuramentis se ad illicita, & quodammodo manipolia adstringentes; multa quotidie pessima, & illicita mala ad subuertendam religionem, & perdendam Rempubli- cam Ecclesiasticam machinabantur: Iccircò impiæ illorum malitiæ occurrentes, maturo consilio, & sana deliberatione præmissis, omnem facultatem, seu licentiam faciendi, vel instituendi Syndicum, deputatos, arcam, vel bursam communem tenendi, vel alia quæcunque, quæ saperent cōgregationem, Collegium, Vniuersitatem, vel corpus, dictus dominus Episcopus, de, & cum consilio honorabilis Capituli præsentis, reuocauit, cassauit, infirmauit, & annullauit, ac nullius existere firmatatis decreuit. Mandantes vniuersis, & singulis curatis, presbyteris, & alijs clericis præsentibus & futuris, sub pœna carceris ad decem annos, & quinquaginta marcorum argenti, quatenus exinde in eorum causis, & questionibus, vel alijs quibuscunq. actibus, dicto vocabulo Syndici, aut alio æquivalente, non vtantur, vel per Syndicum eorum negotia gerant, aut deputatos habeant, arcam vel bursam com-

munem teneant, congregationes, parlamenta, siue concilia, publicè siue occultè celebrent, vel alia faciant, quæ videantur sapere Collegium, Vniuersitatem, vel corpus, absque Episcopi, & Capituli expressa, & speciali licentia, & permisso: Quam dare non negarunt suis casibus vtilibus, necessarijs, & de iure permisis, prout Episcopo, & Capitulo requisitis, debitè videbitur faciendum. Quam constitutionem reuocationis idem Episcopus, & Capitulum perpetuò obseruandam iurarunt, ac publicum de ea confici instrumentum mandarunt.

Act. Valentiaë in palatio Episcopali, die, mense, & anno

præfatis. Ex impress. fol.

120.

b.

Titulus XI. de his quæ spe-

Etant ad fabricam, aut alia iura

Ecclesie.

¶ *Constitutio, per quam excommunicantur Ecclesie debitores.*



Oderico Cardinali, & Episcopo Valentino, eius Vicarius generalis cum honorabili Capitulo, Paschale, ac generale celebrantes, anno M. cccc. lxxvij. die xj. Aprilis, statuerunt, & ordinarunt, quòd de cætero Canonici, & clerici qui fuerint administratores pecuniarum administrationum Ecclesie, & comperti fuerint debitores dictarum administrationũ, quòd non gaudeant officijs dictæ Ecclesie donec plenariè satisfecerint.

¶ Item die xvj. Aprilis, anno M. cccc. lxxix. Idem Capitulum adijcentes constitutioni, statuerunt, quòd si aliquis ex dictis administratoribus, tã Canonicis, quàm clericis, infra annum rationem non reddiderit, præsumatur debitor, & ad officia non admittatur. Et si debitor fuerit, & officium acceperit, vel administrationem inter mensem teneatur soluere, quicquid debuerit, alioqui priuetur officio, & soluat debita, sub pœna excommunicationis; quam sententiam, retinètes soluere, & debitores sese officijs immiscentes ipso facto incurrant. Act. die, mense, & anno præfixis. Ex impress. fol. 92. a.

¶ *Constitutio contra nõ reddentes cõpota suarũ administrationũ.*

L 3

Eo.

Eodem Roderico Archiepiscopo, eius Vicarius generalis cum honorabili Capitulo, anno M.D.xxj. mensis Aprilis. Addentes præcedenti constitutioni, statuerunt, & ordinarunt, quòd abinde tenens aliquam administrationem, siue procurationem Ecclesiæ, siue sit Canonicus, siue beneficiatus, per duos annos à die suæ procurationis computandos, non possit acceptare aliquam ex dictis administrationibus, neque ei per Capitulum concedi, nisi infra duos dictos annos dederit computum, & rationem suæ administrationis, & soluerit totum id quod administrationi debuerit, & fuerit absolutus, & definitus à Reuerendo Capitulo in forma solita, atque omni cum effectu. Quæ constitutio irreuocabilis est vno contradicente. Actum. mense, & anno prædictis. Ex impress. eod. b.

¶ Prouisio contra collectores administrationum Ecclesiæ.

Reuerendi domini de Capitulo prouiderunt, quòd omnes procuratores administrationum Sedis teneantur plenè facere discussionem, & executionem contra omnes emphiteotas censuum, siue censualium, prout eis tanget, & de censibus siue censualibus (nihil) nūcupatis, hoc si facere recusauerint non admittantur eis in computum, sed remaneant ad eorum onus, donec fecerint dictam discussionem, & executionem, per quas cōstiterit dictos emphiteotas non esse soluendo. Quo casu admittantur administratoribus legitimè factæ expensæ. Actum die x. Decēbris. M.D.xij.

¶ Constitutio, quomodo Canonici, & beneficiati debent compelli ad soluendum debita Ecclesiæ.

Caesare

CAesare Cardinali Archiepiscopo, eius Vicarius generalis cum vniuerso Capitulo, die xij. mensis Augusti, anni M. cccc. xcij. statuerunt, & ordinarunt, quòd de cetero quicumque Canonicus, siue beneficiatus Ecclesiae, ad quem pertinet exactio, siue collectio debitorum, quae quibus ex Canonicis debet, & in posterum debebit Ecclesiae, teneatur intimare procuratoribus distributionum canonicalium, & dominorum praepositorum, ad quos pertinet soluere mensatas Canonicis, quatenus retineant penes se dictas mensatas in principijs singulorum mensium, & ratione vestuarij in prima die Madij, tam diu, & quousq. de debitis praedictis Ecclesiae fuerit satisfactum. Et eas pecuniae quantitates penes se retentas, ipsis ad quos exactio, siue collectio dictorum debitorum pertinet soluere teneantur. Alioqui si exactor, siue collector ex negligentia non intimauerit, & postea consecuta morte Canonici debitoris debita soluta non fuerint, neque sint unde soluantur, talia in casu collector de suis bonis praedicta debita soluere teneatur. Idem statuerunt in procuratoribus qui post factam intimationem penes se portiones non retinuerint, & exactoribus, siue collectoribus illas non soluerint. Act. die, mense, & anno praefatis. Ex impress. fol. 93. b.

¶ *Constitutio, quo ordine debet procedi contra debitores fabricae Ecclesiae.*

ROderico Cardinali, & Episcopo Valentino, eius Vicarius generalis cum honorabili Capitulo Paschatae celebrantes, statuerunt, & ordinarunt, quòd debitores qui iam debere comperti sunt, qui que admoniti, quòd in fra sex menses persoluant fabricae debitum, neglexerint,

L 4 neque

neque soluerint cum effectu elapso termino excommunicationem latæ sententiæ incurrant, & quòd alijs quoque iuris remedijs contra eos agi possit. Ac insuper statuerunt quòd ad præposituram, seu dignitatem nemo admittatur, nisi dederit fideiussores, qui se obligent sub pœna excommunicationis latæ sententiæ soluere fabricam infra tempus constitutum ex forma cõstitutionũ. Ex imp. fol. 94. a.

¶ *Constitutio de redditibus acquirendis fabricæ propter vacationem.*

Idem Episcopus, & Capitulum, statuerunt, quod à modo vacantibus vbicunque dignitatibus, personatibus, præbendis, præposituris Ecclesiæ, Rectorijs, & Vicarijs perpetuis, & alijs beneficijs quibusuis Sedis, vel diocesis Valentinię, dummodo simplicia non fuerint, vel etiã pro defunctis instituta, vel etiam per permutationem vacantia, si taxata in decima fuerint, habeat fabrica dictæ Ecclesiæ primo anno vacationis taxationem, pro qua decimam soluere consueuerunt. Si vero non fuerint in decima taxata, habeat dicta fabrica fructuum, ac reddituum primi anni medietatē. Adijciētes, quòd si dignitates, personatus, præposituras, præbendas, vel alia beneficia superius specificata, quis forsan ex collatione Apostolica obtinuerit, eo casu medietatem taxæ solùm fabricæ soluere teneatur, qua collatione excepta, qui alioqui beneficia obtinuerit præmissæ fabricæ integram taxam soluat, ac sine diminutione aliqua eidem acquiratur. Ibidem. b.

¶ *Confirmatio Apostolica superioris constitutionis in fauorem fabricæ.*

Hæc

HAec constitutio est confirmata auctoritate Apostolica per Benedictum Papam XIII. sub dat. Perpiniani Elnensis diocesis. xiiij. Kalendas Iulij. Pontificatus sui anno quindecimo.

¶ *Constitutio, quòd in permutationibus beneficiorum solvatur fabricæ annata pro inæqualitate valoris.*

LVdouico Cardinali electo Episcopo, eius Vicarius generalis cum honorabili Capitulo statuerunt, & ordinarunt constitutione iurata, quòd ratione factarum permutationum de quibuscunque dignitatibus, præbendis, præposituris, Rectorijs, Vicarijs perpetuis, & alijs beneficijs in præcedenti constitutione cõtentis, cum quibusvis alijs similibus, vel dissimilibus eiusmodi beneficijs, si permutatorũ valores sint inæquales; totum illud, in quo vnum alteri excedit, excedens fabricæ solvere teneatur: debentque titulati excessum solvere fabricæ, ad instar cameræ Apostolicæ, cui pro quantitate dissimilivaloris dignitatum, & beneficiorum, de quibus fit permutatio, soluitur excessus. Ex impress. fol. 94. b.

¶ *Constitutio qualiter debeant redditus diuidi Rectoris vel capellani defuncti cum successore: & in qua die incipit annus.*

EPiscopus & Capitulum, statuerunt, & ordinarunt, quòd decedentibus Ecclesiarum Rectoribus, seu Vicarijs perpetuis, quid super prouisione successoris agendum sit, qualiterque redditus inter mortuum, & viuum eiusdẽ anni diuidi habeant, ad constitutionem prouincialẽ Tar-

raconensem remittatur. In capellanijs vero Sedis, & Ecclesiarum ciuitatis, seu dioecesis Valentiae, quomodo-
cunque eas per mortem, renuntiationem, permutatio-
nem, aut alias vacare contigerit, inter praedecessorem, &
successorem sic redditus, & censualia diuidantur, videli-
cet, quod computentur redditus, & censualia, totius anni
quo vacauerint. Qui annus incipiat in Kalendis Madij, &
diuidantur inter praedecessorem, & successorem pro rata
temporis illius anni quo quilibet fuit ipsius capellaniae pos-
sessor: ita quod redditus siue censualia, quae fuerint prima
die Madij, tempus, & seruitium ipsius capellaniae futurum
semper respiciant non praeteritum. Ex impress. fol. 95. a.

*¶ Declaratio virtute Bullae Martini Papae in fauorem
Ecclesiae Valentinae.*

DEclaratio facta per Abbatem sancti Bernardi, tan-
quam executorem Bullae Martini Papae III. quod
per reductionem taxationis beneficiorum Ecclesiastico-
rum ad decimam, factae per dominum Dalmatium Archie-
piscopum Tarraconensem, auctoritate Apostolica, non
fuit praedudicatum annatis fabricae Sedis Valentinae, quin
potius quoad huiusmodi annatas fabricae taxa beneficio-
rum remanet in suo antiquo valore seu aestimatione. Quae
Bulla fuit sub dat. Romae tertio Idus Decembris. Pontifi-
catus eiusdem anno decimo. Dat. executionis Bullae fuit
in monasterio sancti Bernardi extra muros Valentiae xvj.
mensis Nouembris, anno dñi M. cccc. xxviii. Ibidem. b.

*¶ Similis declaratio virtute Bullae eiusdem Martini Papae III. in
fauorem annatarum Canonicoꝝ Sedis.*

Fit

F It etiam similis declaratio virtute Bullæ Martini, quòd per reductionem taxationis decimæ beneficiorum ad decimam factam per D. Dalmatium Archiepiscopum Tarraconensem, non præiudicetur annatis Canonicorū Sedis, neque constitutioni antiquæ ipsorum, eiusque cōtinuato vsui, & obseruantia, neque eis fuisse in aliquo derogatum; perinde ac si reductio prædicta taxationis à Dalmatio facta non fuisset. Quæ dat. fuit Romæ tertio Idus Decembris. Pontificatus sui anno decimo. Processus super executione Bullæ ab eodem Abbate sancti Bernardi. Fuit decretus in dicto monasterio sancti Bernardi, extra muros Valentia, die xvj. Nouembris, anno domini M. cccc. xxvij. Ex impress. fol. 98. a.

¶ *Constitutio, quòd neque scriba neque ministri teneantur succumbente Canonico, aut dignitate, restituere salaria, neque etiam Capitulum, cappam, neque iura fabricæ, elapso anno post receptionem.*

E Rardo de la Marcha Cardinali, Archiepiscopo, eius Vicarius generalis cum honorabili Capitulo xxij. Aprilis, anni M. D. xxxiiij. statuerunt, & ordinarunt, quòd si alicui fuerit capitulariter tradita possessio dignitatum, canonicatum, aut præpositurarum Ecclesiæ, etiamsi postea in iuribus suis succumbat, amittatvè possessionem, nihilominus scriba, conuocatores, & scholares, & alij ministri Ecclesiæ, minimè restituere teneantur id, quòd ratione sui præstiti officij in præfata possessione lucrati fuerunt, & receperunt, immò eorum salaria integrè soluantur toties quoties possessio tradetur. Ac etiam si cōtingat eiusmodi

modi possessionem adeptam, per annum integrum possedisse, attento quòd ex possessione annua totidem fructus percepit; ac ne Ecclesiæ fabrica suis defraudetur iuribus, cappam, neque mediam annatam, neque aliud quippiam Ecclesia teneatur restituere: sed illud Ecclesiæ cedat. Quæ constitutio iurata est. Act. die, mense, & anno præfixis. Ex impress. fol. 115, a.

¶ *Constitutio super receptione annatarum Ecclesiæ.*

FRatre Thoma Archiepiscopo, eius Vicarius generalis cum Reuerendo Capitulo statuerunt, & ordinarunt, quod de cætero suboperarius Ecclesiæ non possit recuperare aliquam annatam ex beneficijs vacantibus nisi in præsentia domini operarij Canonici, eiusque absentia, in præsentia domini Vicarij generalis capitularis, aut Canonici antiquioris residentis. Et quod partitas, quas receperit, in libro suboperarij notet scriba Capituli, & operarius, seu præfati alij subscribant illas. Si secùs fecerit operarius mulctetur pœna viginti quinque librarum fabricæ applicanda. quòdque suboperarius in ingressu officij teneatur iurare hanc constitutionem. Quam reuocari non posse decreuerunt, vno contradicente. Act. die v. Septembris, M. D. liij.

¶ *Constitutio ex qua parte teneatur operarius respondere ornamentis Ecclesiæ.*

EPiscopus, & Capitulum statuerunt, & ordinarunt, quòd à modo de omni pecunia, seu alia re, que obuenerit fabricæ Ecclesiæ, operarius illam recipiens quintam partem administratori ornamentorum tradere teneatur, vt sacer
dotalia

dotalia inde ornamenta fiant. Ex impress. fol. 95. a.

¶ *Provisio, quòd procuratores ornamentorum recipiant iura sua in possessionibus dignitatum.*

D Omini de Capitulo prouiderunt, & mandarunt, q̄ abinde procuratores ornamentorum non recipiāt, neque retineant penès se pecunias solutas per accipientes possessiones dignitatum, canonicatum, & prepositurarum in eorum ingressu, sed dictæ pecuniæ reponantur in continenti, in communi theca, & in libro maiori computorum Ecclesiæ: & cautelæ firmentur à Reuerendo Capitulo soluentibus dictas pecunias. Act. die prima Decēbris. M. D. xv.

¶ *Constitutio, quòd nullus admittatur ad possessionem, nisi prius ostendat titulos in publica forma.*

F Rācisco de Navarra Archiepiscopo, eius Vicarius generalis cum Capitulo constituerunt, & ordinarunt, quod de cætero nullus prouisus de canonicatu, & præbēda, vel dignitate Sedis admittatur ad possessionem eorūdem, nisi prius de titulo seu collatione, & prouisione illorum, in publica & authentica forma, fidem, atq. ostensionem fecerit. Quæ constitutio iurata est, atque vno contradicente irreuocabilis. Act. xxiiij. Octobris, M. D. lviiij.

¶ *Constitutio de non commodandis extra Ecclesiam pannis auri, & alijs ornamentis*

Sacristiæ.

Erar

ERardo de la Marcha Cardinali Archiepiscopo, eius Vicarius generalis, & Reuerendum Capitulum, statuerunt, & ordinarunt, quod de cetero Subfacrista Sedis non possit commodare cuiquam extra Ecclesiam pannos auro contextos, neque cappas, neque pallia, neque vestimenta sacra, neque alia quaecunque Ecclesie & sacristie ornamenta aurea, siue sericea, etiam in partes secata, ad opus ornandi, & palliandi monumenta, seu Ecclesias, exceptis pannis de brocat, qui Ecclesie donati sunt à Christi fidelibus, retenta sibi facultate de repetendis illis certis diebus anni, præsertim in festo omnium Sanctorum pro sepulturis suis. Quæ cõstitutio facta est irreuocabilis, vno contradicente. Act. xxvii. Aprilis. M. D. xxxvj. Ex impress. fol. 88. b.

*¶ Constitutio de non extraendis pannis de raz dictis,
extra Ecclesiam.*



FRatre Thoma Archiepiscopo Vicarius generalis, & Reuerendum Capitulum, statuerunt, & ordinarunt, quòd tapetes, seu panni de raz octo, quos idem Illustriss. D. Thomas de Villanoua Archiepiscopus in honorem septem gaudiorum cum octauo mysterio, apud Flandros, suis proprijs sumptibus fieri curauit, atque Ecclesie suæ Valentine tanquam spõsæ, perpetuò dono dedit, pro eorum consuetudine, nequaquam de cætero detrahi, neque commodari cuiquam possint extra Ecclesiam, sub grauissima excommunicationis pœna, in cõtrafacientes, aut vilo modo procurantes. Quæ cõstitutio iurata tñt, atq. vno contradicente irreuocabilis. Act. die 20. Iunij, 1554.

¶ Con-

Ecclesie Valentinæ.

175

¶ Constitutio de pannis de brocat, quibus commo-
dari possint.



Alfonso Archiepiscopo, eius Vicarius generalis, &
Reuerendum Capitulum, decreuerunt, & ad tollen-
dos abusus super accommodatione pannorum, statue-
runt, quòd de cætero panni auro contexti, siue de brocat
dicti, commodentur alijs extra Ecclesiam, nisi tantummo-
do Canonicis, Reçtorias intra ciuitatem possidentibus,
ad opus ornandi, siue palliandi Ecclesias prædictas, die-
bus quibus celebratur festum inuocationis illarum; nec-
non pannum vnum ad sepulturam Reuerendissimi
domini Cardinalis Mõtis Regalis. Io. Castel-
là dicti, quolibet anno in festo omnium
Sanctorũ, & commemorationis
omnium defunctorũ. Act.
j. Nouembris. M.
D. xiiij.

Titulus

Titulus XII. de his quæ spe- ctant ad immunitatem Ecclesiæ.

*¶ Bulla Eugenij Papæ de preferendis natura-
libus in asssecutione beneficiorum,
extraneis.*

Hæc Bulla continet concessionem, siue indul-
tum Eugenij Papæ, per quam concedit oriun-
dis ex ciuitate, & diocesi Valentina, quòd in
prouisione, siue collatione dignitatum, cano-
nicatum, personatum, administrationum, & aliorum
quorumcūque, cum cura, vel sine cura beneficiorum Ec-
clesiasticorum facienda, auctoritate ordinaria per Episco-
pum, & alios quoscunque inferiores collatores, præferan-
tur præfati oriundi naturales in huiusmodi asssecutione,
alijs quibusuis clericis, seu personis Ecclesiasticis de ciui-
tate prædicta non natiuis: ac propterea præcipit, vt Episco-
pus, & Capitulum Valentinum teneantur præferre natu-
rales extraneis in collatione beneficiorum. Non obstanti-
bus quibuscunque, &c. sub dat. apud sanctum Petrum, an-
no Incarnationis dominicæ M. cccc, xxxv. Idus Martij, Põ-
tificatus eius anno primo. Ex impress. fol. 118. b.

*¶ Transumptum epistolæ Margaritæ Regine Aragonum
ad Episcopum & Capitulum missa, vnà cum
certis sanctorum reli-
quijs.*

Hanc

Hanc epistolam, quæ vulgari Catalonico idioma te scripta est, Margaritha Regina vxor serenissimi Martini Regis Aragonum, &c. Scripsit ad Episcopum, & Capitulum Valentinum, à quibus fuerat tunc precibus exorata, vt aliquot sanctorum corporum reliquias Ecclesiæ Valentinae communicaret: ad quos respondens ipsa humanissimè, simul dono dedit, ac misit in reliquijs, duos articulos digitorum beati Lucae Euāgelistæ. ¶ Item os quoddam corporis beati Matthiæ Apostoli. ¶ Item particulā pellis beati Bartholomei Apostoli. ¶ Item partem veli beatissimæ matris Mariæ Virginis: de quibus reliquijs testificatur ipsa penes se retinere in Archiuijs regijs repositas litteras Apostolicas de veritate dictarum reliquiarū ad præfatum Martinum Regem eius virum vnà cum dictis reliquijs missas. Demum se, ac Regem, ob maximum, quem ambo gerebant affectum & deuotionem erga Ecclesiam Valentinae, eiusque continua, & deuota sacrificia, valdè cōmendat. Dat. fuit in oppido de Prades Principatus Cataloniae Vicensis diœcesis. die xj. Iunij, anni M. cccc. xx. Ex impress. fol. 123. a.

¶ *Bulla Pauli III. confirmatoria gratiarum Ecclesiæ Valentinae concessarum.*

Paulus Papa III. presenti Bulla confirmat auctoritate Apostolica omnes libertates exemptiones, immunitates, facultates, gratias concessiones à Calixto III. Sixto III. Innocetio VII. & Iulio II. ac alijs Romanis Pontificibus, siue per priuilegia, vel alia indulta, Ecclesiæ Valentinae, siue eius benefactoribus concessas, necnon libertates & exemptiones sæcularium exactionum, à Regibus &

M Prin-

Principibus, ab alijsque, Ecclesiæ, & Capitulo rationabiliter indultas. &c. Dat. Romæ anno Incarnationis dominicæ M. D. xlv. quarto nonas Iulij. Pontificatus eiusdem anno decimo.

¶ *Constitutio, quòd nullus notarius possit recipere acta intus Ecclesiam.*

D Omini Canonici, & Capitulum, die xxviiij. Madij M. cccc. xij. statuerunt, & ordinarunt, quòd notarius quacunq; auctoritate fungatur, contractus intus Ecclesiam recipere non valeat, sub pœna excommunicationis; qua ipsa pœna innodentur Clerici instantes tales contractus, demptis tamen actibus capitularibus, & qui concernunt Ecclesiam, dum tamen fiant intus Capitulum, vel Sacristiam. Ex impress. fol. 86. b.

¶ *Bulla per quam in Ecclesia tempore interdicti possunt admitti ad diuina aduocati, Syndici, & scribe.*

B Vlla Martini Papæ, ad petitionem honorabilis Capituli obtenta, qua Aduocati, Syndici, & scribæ eiusdẽ Capituli & Ecclesię, vsque ad numerum decem dumtaxat, tempore, quo ciuitas est Ecclesiastico, tam ordinario, quàm Apostolico interdicto supposita, admitti possunt ad diuina, & Ecclesię ingressum habere, in eaque missas, & alia diuina officia celebrare, aut facere celebrari, dummodo Aduocati, Syndici, & scribę prædicti, causam non dederint interdicto. Sub dat Romæ Idus Octobris. Pontificatus eiusdem anno octauo. ibidem.

¶ *Con-*

¶ *Constitutio super confugientibus ad Ecclesiam.*

FRatre Thoma Archiepiscopo, Vicarius generalis, & Capitulum, addentes cōstitutioni editæ xxix. Februarij, M. D. xlix. statuerunt, & ordinarunt quædam statuta, & decreta circa confugientes ad Ecclesiam, quæ quoniam varia & multa sunt, ac neq. in præsentiarum in vfu, sed penitus abrogata, intermittenda esse censentur, curioso tamen ad ipsam erit recursus. Actum xxxj. Iulij, M. D. liij.

¶ *Constitutio de non recipiendis confugientibus ad Ecclesiam
in Capitulo, nec in Sacristia, sed in locis
ad id deputatis.*

FRater Thomas de Villanueva Archiepiscopus, vnà cū honorabili Capitulo, die xxix. Februarij, anni M. D. xlv. statuerunt, & ordinarunt, quòd de cætero confugientes ad Ecclesiam nullatenus recipi, nec hospitari valeant in loco capitulari, neque in Sacristia, neque in aliqua ex capellis Ecclesiæ, neque in Sacristijs dictarum capellarū; sed si confugientes sint Comites, Barones, nobiles, seu milites, aut ciues, recipiantur in cameris Campanarij: si verò plebei fuerint in quadam camera, per nos in fossareto ad hoc deputata: qui confugientes plebei stent clausi, ita quòd nullo modo per Ecclesiam incendant. Quæ constitutio irreuocabilis est vno contradicente. Act. die, mense, & anno præfixis.



Titulus XIII. De anniuersarijs.

¶ Constitutio de collectoribus anniuersariorum, & eorum salario, & de priuilegio altaris capellæ maioris.

RAaimundus Episcopus cum honorabili Capitulo constitutione circa regimen anniuersariorum, statuerunt, & ordinarunt, quòd duo collectores anniuersariorum eligantur per Episcopum, & Capitulum, aut illo absente, per Capitulum solū. Qui collectores electi ad distribuendum anniuersaria, nec eligant, nec euocent succentores, nec hebdomadarium illius Septimanę ad anniuersarium, seu processiones, dum Missa, uespere, uel aliud diuinum officium in choro Ecclesię celebretur. Quin & alia multa ad celebrationem anniuersariorum, statuerunt, quę partim usu antiquata sunt, partim immutata; sed quę nunc extant in libris dictorum collectorum conscripta, tenenda sunt, ad illosque est habenda relatio. Demum eadem est constitutione cautum, ut in altari maiori nullus cantet, nisi sit Canonicus, uel hebdomadarius Ecclesię, uel capellanus de Alba, uel presbyter nouus, uel Canonicus alterius Ecclesię Cathedralis, uel Prior, uel Abbas, uel Guardianus, sub pœna ibi expressa. Act. in Capitulo Paschali. Idus Aprilis, anno M. ccc. liij. Ex impress. fol. 103. b.

¶ Constitutio, quòd fructus beneficij vacantis per dimidium anni accrescant anniuersarijs.

Ijdem

Idem decreuerunt, quòd de cætero decedente aliquo ex beneficiatis, eius beneficium vaccet per dimidium anni, indeque procedentes fructus eius conuertantur in emendis redditibus pro anniuersarijs Ecclesiæ, pro fidelibus defunctis. Ex impress. fol. 104. b. Hæc constitutio non est in usu.

¶ Constitutio de recuperandis medijs annatis beneficiorum que pertinent ad anniuersaria.

Idem statuerunt, quòd in habendis medijs annatis fructuum beneficiorum simplicium ad anniuersarias spectantium, talis modus seruetur, videlicet quòd contra novos obtentores beneficiorum infra medium annum à die obitus beneficiati computandum, minimè procedatur: sed elapso eo, ni persoluerint, à distributionibus cõmunibus del diner menut, & à duplis, & anniuersarijs, ac ab alijs quibuscunq. Ecclesiæ percatijs, sint penitus priuati, quoad per eos media annata integrè soluta fuerit. Ex impress. fol. 105. a. Similiter in usu non est hæc cconstitutio.

¶ Ordinatio, quòd Missa pro defunctis perpetuò celebretur in Sede, & fiant quattuor anniuersaria sine distributione.

HVgo Episcopus cū honorabili Capitulo, pro supplemento anniuersariorū, que ex causis expressis solemniter celebrari non possunt: Constitutione ordinarūt, quòd à modo diebus singulis anni, festiuis, & alijs, nullo excepto; & etiam tempore interdicti, atque perpetuò, per vnū ex beneficiatis Sedis, per singulos chori presbyteros, à primo vsque ad vltimum celebretur quotidie pro animabus

defunctorū, & aliorum, qui instituerunt anniuersaria in Sede, in eorundē refrigeriū, vna Missa de Requiem, in capella beatæ Mariæ Sedis, hora, dum tertia incipitur decantari. Cui presbytero celebranti dentur quotidie pro charitate duodecim denarij de pecunijs dictæ collectæ. Ibidē.

¶ *Celebratio quattuor anniuersariorum generalium.*

In super ex causa prædicta, statuerunt etiam, vt singulis annis, atque perpetuò, celebrentur, & fiant in dicta Sede quattuor anniuersaria generalia pro animabus instituentium prædictorum: In quibus teneantur interesse omnes Canonici, & presbyteri Sedis, prout in alijs anniuersarijs generalibus, gratis tamen ac spõte, & sine aliqua distributione pecuniariæ portionis. Quorū primū celebretur infra octauas Pétecostes, secundū infra octauas beatæ Mariæ mensis Augusti, tertium infra octauas Natiuitatis Domini: quartū infra octauas Resurrectionis. A. d. die xxiiij. Iunij, anno M. cccc. vij. Ibidem. b.

¶ *Ordinatio de percatijs sancti Petri, quoad anniuersaria eiusdem.*

Item domini de Capitulo ordinarunt, quòd procurator anniuersariorum, & duplarum soluat percatia sancti Petri, die illa qua fuerint acquisita. Ibidem. b.

¶ *Ordinatio, quòd anniuersaria, & dupla pun-*
ctentur.

¶ *Item voluerunt, quòd anniuersaria, & duplae Sedis,*
puncten

punctuentur cum cedula, illa die, qua celebrabuntur. Et eadem die solvantur, si fieri potest, aut fiat prout in ordinatione. Ibidem. b.

¶ *Constitutio super ordine anniuersariorum, & processionum particularium pro defunctis in Ecclesia, quæ sancti Petri dicuntur.*

HAcc constitutio de tempore Hugonis Episcopi, tertia die Octobris, anni 1520. facta cōtinet quædam, quæ pro varietate temporū, ac ordinationum abrogata sunt, ac in diuersum ordinem commutata: Iccirco hic intermitenda sunt, & loco illorum, ea quæ nunc sunt in laudabili Ecclesiæ usu circa ordinem ac distributionem anniuersariorum, in fine apponenda. Ibidem.

¶ *Constitutio super anniuersarijs reducendis ad vnum nocturnum.*

FRatre Thoma de Villanueva Archiepiscopo, eius Vicarius generalis cum honorabili Capitulo, statuerunt, & ordinarunt, iustis ac honestis de causis in constitutione iurata expressis, vt quæcunque pro tempore in Ecclesia Sedis instituta sunt anniuersaria, quæ hæctenus, potius ex dicte Sedis consuetudine, quàm ex ordinatione relinquētiū illa, sub tribus nocturnis celebrari solita fuerūt, quæq. ob illorū prolixam decantandi moram vix cōmodè celebrari poterant: sub vnico nocturno tantum, & consuetis laudibus, pro in alijs Ecclesijs consuetum est, celebrari debeant. Ad die, quod tali die mortuorum vna Missa pro defunctis summissa voce perpetuò in Ecclesia cele-

M 4 bre-

bretur. Aet. xv. Kalendas Nouembris, anno M. D. xliiij.
Ex impress. fol. 196. b.

¶ *Bulla sacra pœnitentiaria confirmatoria præcedentis
constitutionis.*

Antonius Cardinalis summus Pœnitentiarius confir-
mat per officium Pœnitentiariæ præcedentem con-
stitutionem factam pro reductione trium nocturnorum
officij defunctorum in Ecclesia Valentina, ad vnum tan-
tùm nocturnum: quæ fuit commissa in partibus, & à iudi-
cibus executioni demandata, sub dat. Romæ sub sigillo of-
ficij pœnitentiariæ. xv. Kalendas Ianuarij. Pontificatus
Pauli Papæ tertij anno decimo. Ex impress. fol. 107. a.

¶ *Constitutio de anniuersarijs, & beneficijs instituendis
in Sede, & alijs Ecclesijs Parochialibus.*

Fratre Thoma Archiepiscopo, eius Vicarius generalis
& Capitulum, die xxvij. mensis Aprilis, M. D. xlvj.
præsenti constitutione quæ continet multa & diuersa,
tantùm per summa capita attingenda: (vt qui clariorem
habere voluerint notitiam de singulis eius decretis, ad eã
dem perlegendam recurrant) in summa statuerunt, & or-
dinarunt, qualiter in Ecclesia anniuersaria celebrari de-
bent: Qua hora denunciari in choro illas, & à quo; quibus
etiam horis celebrari; Quòd in eis à succentoribus præstã-
dum officium: Quod ab Hebdomadarijs, scholaribus, &
à beneficiatis: maximè vero à beneficiarijs capellæ, in qua
fitum est anniuersarium, aut absolutio faciendâ: Qua mul-
ta sunt, si defecerint, puniendi: Quoto anniuersarij tempo-
ris ar

ris articulo soluenda distributio, & quota vnicuique portio dāda: Quando transferenda illa, ob impedimentum diei
 Item quoad institutionem anniuersariorum nouorū, de-
 que eorum dotatione, & portione distribuenda; prouida,
 necessaria, & Ecclesię utilia similiter, vt ibi videre est, pro-
 uiderunt; & quomodo tutius fundanda illa sint, & quoad
 quantam summam instituenda, declararunt. Item expres-
 serunt quæ adimplere teneatur quicumque sepulturam per-
 petuam in Sede obtinere voluerit. Item forma, & portio
 quæ sumi debet, decedentibus Archiepiscopo, & dignita-
 tibus, à Capitulo ad instituendum pro vnoquoque anni-
 uersarium; & qualiter distributio facienda sit: ac etiam ab-
 solutionis formam designarunt: quin & præsentibus tan-
 tum, non absentibus, nisi in casibus à iure permissis, solui
 portionem voluerunt. Adhæc in processibus extra Ec-
 clesiam faciendis, vnicuique certam portionem assigna-
 runt. Item addendo constitutioni de beneficijs nouiter in-
 stituendis, quæ edita fuit, anno M. D. primo, statuerunt vl-
 tra expressam ibi summam, quid addere, & accumulare
 oporteat, pro dupla dotanda: Retinentes penes se faculta-
 tem addendi, minuēdi, & in melius commutandi dictam
 constitutionem antiquam, & modernam. Quæ constitu-
 tio iurata est, atque vno contradicente irreuocabilis. Act
 die, mense, & anno præfatis.

¶ *Constitutio, quòd Clerici sint in absolutionibus
 generalibus.*

Vitalis Episcopus & Capitulum, statuerunt, & ordina-
 runt, quòd in generali absolutione; quæ fit singulis
 septimanis in præfata Ecclesia, beneficiati omnes assistāt,

M 5 absen-

absentesque mulcentur poena duorum denariorum pro vnoquoque, fabricæ applicandorū. Ex impress. fol. 109. b.

¶ *Promissio, quòd Missæ defunctorum celebrande distribuuntur per armarietum inter beneficiatos.*

P Ræfati domini de Capitulo prouiderunt, quòd missæ defunctorum relictæ ad celebrandum, per quendam Guillelmum Ferrer, & alios deinceps celebrentur ad arbitrium, & prout distribuerit armarietius, inter beneficiatos Sedis. Actum noua Iunij anni M. D. xvj.

¶ *Constitutio super anniuersario Canonici defuncti.*

F Ratre Thoma Archiepiscopo, Vicarius generalis, & Capitulum statuerūt, quòd de cætero infra octo dies post obitum Canonici, seu citius si fieri potest, vnum anniuersarium, hoc est, Missa solennis pro defunctis, pro anima Canonici defuncti in Capitulo dictæ Sedis celebretur: vbi domini Canonici sepulturam habent, in quo anniuersario, seu Missa assistere habeant omnes Canonici, & beneficiati, cantores, & ministri Ecclesiæ gratis, & absq. distributione; nec non & scholares pulsare campanas, tempore quo anniuersarium, seu Missa celebrabitur, gratis & absque stipendio, ac etiam componere tumultum, ac incendere sex antorchias ad expensas mensæ canonicalis. Quæ constitutio iurata est, atque vno contradicente irrevocabilis. Act. die iij. Aprilis M. D. liij.

¶ *Constitutio super reductione anniuersariorum perpetualium Ecclesiæ Valentine.*

Sede

Ecclesia Valentina.

SEde pastore carente, Capitulum, & Canonici statuerunt, & ordinarunt, quòd anniuersaria quæ hætenus ad numerum centum quinquaginta quinque ascendebant, ad nonaginta sex reducantur, & accumulentur; prout ex nunc reduxerunt, & accumularunt: ac voluerunt quòd illa Missa quæ antea in die celebrationis anniuersarij submissa voce in capella sancti Petri pro reductione priore anniuersariorum celebrabatur, de cætero illa quotidie celebretur, tam pro presenti, quam pro quacumque alia hætenus facta reductione anniuersariorum in dicta Sede. Voluerunt etiam quòd pro reductione huiusmodi obtineatur confirmatio Apostolica. Quæ constitutio iurata est, atque vno contradicente irreuocabilis. Act. xvj. Octobris M. D. lxxvj.

¶ Constitutio super reductione Missarum, & anniuersariorum Ecclesie Valentinae.

Illustris. ac Reuerendis. D. D. Ioannes de Ribera Archiepiscopus Valentinus, & Patriarcha Antiochenus in generali Archiepiscopatus visitatione, quàm fecit anno domini M. D. lxxj. Incipiens à Metropolitana Sede Valentina: In primis agens super reductione Missarum, & anniuersariorum, ibidem ratione beneficiorum, aut aliàs relictorum, & institutorum, pro debita & exacta sui muneris executione causis & rationibus ibi expressis, cum consilio Reuerendi Capituli, eiusque precibus inclinatus, tam auctoritate ordinaria, quam etiam tanquam Sedis Apostolicæ Delegatus iuxta sacri Concilij Tridentini decreta, Missas omnes tam votiuas, quàm perpetuas, non modo beneficiorum, sed etiam annualium, quouis modo insti-

institutas, & fundatas, ad minorem numerū reduxit, modo & forma in octo Capitulis in præsentī constitutione contentis, & declaratis. ¶ Inprimis statuit, quòd beneficiati, quibus iuxta institutionem beneficiorum, nulla est apposita celebrandi obligatio, teneantur singulis annis saltem ad vnam Missam celebrandam pro qualibet libra de restantibus ex fructibus beneficij, deductis omnibus oneribus, & subsidio. ¶ Item declaravit in beneficijs, quorum non extant, neque comparent institutiones; ideoque non constat de obligationibus illorum, ad duas Missas pro qualibet libra similiter beneficiatos obligari. ¶ Item quoad institutiones beneficiorum, in quibus non est expressus numerus Missarum: ad duas etiam Missas pro qualibet libra similiter obligari. ¶ Item quoad institutiones vbi expressè dicitur, quòd beneficiati celebrent sub his aduerbijs, assiduè, continuè, semper, vel perpetuò, vel tribus diebus, aut vno eorum, declaravit teneri eos ad celebrandum quinque Missas pro qualibet libra. ¶ Item vbi dicitur celebrandum esse quotidie, decreuit obligari ad decem Missas pro qualibet libra. ¶ Itē quādo redditus beneficij sufficiunt ad persoluendam charitatem omniū Missarum in institutione expressarum ad rationē vnius regalis Castellani pro qualibet Missa, tametsi per institutionem astringatur ad celebrandum quotidie, nihilominus ad integram Missarum omnium celebrationem obligari decreuit. ¶ Item reliquas omnes Missas, quæ non ratione beneficiorum, per quoscunque Christi fideles in Ecclesia relictæ sunt, sub quibusvis institutionum formis, & obligationibus, ad earum medietatem reduxit. Ita quòd pro duabus vna tantum Missa sufficiat, & pro charitate vniuscuiusque Missæ, vnum Regale Castellianum persoluendū assigna-

assignauit. Denarius autem, qui superest ex duobus solidis antea erogari solitis pro duabus Missis, conuerti uoluit in expensas, quæ sint pro conseruatione, & reparatione ornamentorum, & salariorum Rationalis, ac collectoris, & ministrorum ad dictas Missas deputatorum. Quorum officialium, atque ministrorum electionem, & collationem, eidem Reuerendo Capitulo annuatim faciendam in perpetuum commisit. Respectu uero anniuersariorum in dicta Ecclesia, eiusque capella sancti Petri institutorum, quæ hætenus ad numerum centum quinquaginta quinque ascendebant; ad numerum xcvi. eadem auctoritate reduxit, atque pro unoquoque eorum charitatem singulis tam Canonicis quam beneficiatis erogandam designauit. Demum pro recompensatione, & antiquo numero anniuersariorum reductorum, totidem priuatas Missas in Ecclesia annuatim perpetuò celebrari mandauit, atque unde earum charitas solueretur, expressit; prout in uisitationis constitutione hæc latius continentur. Act die, mense, & anno præfixis. Petro Lopez notario & scriba.

*

Titulus

Titulus XIII. de sepulturis & exequijs generalibus.

¶ Constitutio de Prælatiſ, & Canonicis intra domum Capituli tumulandis.



Italis Episcopus in Capitulo Paschali, vnà cū honorabili Capitulo, & Canonicis statuerūt, & ordinarunt, quòd quantotius domus Capituli ædificata fuerit incinerentur in ea Canonicorum corpora decedentium, & ibidem sepeliantur, in communi sarcophago, quòd ibi est cōstruendum; in quo recondantur ossa iam defunctorum Canonicorum, & ad illud transferantur. Item statuerunt, quòd intra pauimētum Capituli, nemo ad sepulturam admittatur nisi Prælatiſ, nempe Dignitates, Præpositi, & Canonicus Sedis. Ac etiam quoties absolutiones generales fieri contingat in Ecclesia, perpetuò secunda absolutio fiat in prædicta domo Capituli. Ex impress. fol. 109. a.

¶ Constitutio de beneficiatis in Ecclesia tumulandis.

Prætereà statuerunt, & ordinarunt, quòd clerici beneficiati Sedis decedentes ab humanis, perpetuò sepeliantur infra claustram Ecclesiæ in ea parte clauſtri, quæ ab Episcopo, & Capitulo fuerit designata. Ibidem.

¶ Constitutio de illis qui volunt intra Ecclesiam tumulari.

Ibidem

Idem Episcopus, & Capitulum, statuerunt, & ordinarunt, quòd quicūque de cætero infra Ecclesiam Sedis elegerit per se, suisque in posterum perpetuò sepeliri, necessario in eadem Sede, in propria capella, teneatur dotare beneficium valoris viginti librarum, ac etiam vnum anniuersarium quinquaginta solidorum. Et quòd si eligens sepulturam prædictam capellam nouiter voluerit sibi sub inuocatione alicuius sancti erigere, teneatur dimittere duplam aliorum quinquaginta solidorum, faciendam die inuocationis, seu festi illius sancti, sub cuius honore capella fuit ædificata. Exceptis, quibus ab antiquo in Ecclesia sepultura concessa extitit: quos non obligat constitutio præsens. Ibidem.

¶ Constitutio de solemnitate fienda in sepulturis.

Idem Episcopus, & Capitulum constituerunt, quòd Episcopi, Prælati, Canonici, & beneficiati Ecclesie, qui in Capitulo, seu claustro, seu cimiterio Sedis sepelientur, antequam eorum corpora sepulchro inferantur, mittantur intus chorum Ecclesie in hunc modum. Si enim mane in Ecclesiam deferantur, celebretur Missa solemniter, cadauere in choro consistente, qua finita cadauer tradatur sepulturæ, & eadem die hora vesperorum celebrentur cū deuotione in choro pro anima defuncti noue lectiones, scilicet, tres nocturni officij defunctorum: si verò hora vesperorum deferantur, cadauere similiter in choro imposito, pro anima ipsius, nouem tantum lectiones defunctorum, & eis finitis iuxta morem Ecclesie tradatur sepulturæ, & in crastino celebretur Missa solennis, pro illius defuncti anima, & tunc absolutio super tumulum, vt moris est in Ecclesia. Ibidem. b.

¶ Con-

*¶ Constitutio, quòd pulsentur cimbala solemniter pro parentibus
 Canonorum, Præpositorum, ac Dignitatem ha-
 bentium, & pro officialibus
 Regis.*

HVgo Episcopus, & honorabile Capitulum, xix. No-
 uembris, anni M. cccc. x. ordinarunt, addentes consti-
 tutioni Ecclesiæ, quòd pro Canonicis, & Præpositis, & ha-
 bentibus dignitatem in Ecclesia, cùm decedunt, fiat ora-
 tionis in hora pulsatio cimbalarum, & campanarum con-
 similis illis, quæ fieri solent nobilibus; quodque similis, &
 eadem pulsatio obseruetur, ac fiat pro patribus & matri-
 bus Canonorum, & præpositorum, ac dignitatem ha-
 bentium: si tamen decedentes elegerint, aut habeant sepul-
 turam in dicta Sede. Ex impress. fol. 110. b.

*¶ Constitutio super pulsatione campanarum pro
 parentibus Canonorum.*

FRatre Thoma Archiepiscopo, eius Vicarius generalis
 cum Reuerendo Capitulo, volentes constitutionem
 antiquam super pulsatione campanarum, pro parentibus
 Canonorum declarare, statuerunt, & ordinarunt: quòd
 huiusmodi pulsatio campanarum fieri solita in sepulturis
 patris, vel matris Canonorum, fiat, siue præfati parentes
 habeant, aut eligant sepulturam in Ecclesia, siue extra, in
 aliqua Ecclesiarum, seu monasteriorum ciuitatis, siue eius
 suburbijs. Et quòd quando præfati parètes, in Ecclesia ma-
 iore sepeliri voluerint, & exequias generales celebrari, nõ
 soluat vnusquisque pro tota sepultura & campanis, nisi vi-
 ginti libras: Adhæc quòd Canonici nõ teneantur asso-
 ciare

ciare cadaver. Etsi alibi sepeliri velint, tantūmodo solua-
tur scholaribus pulsatio campanarū maioris Ecclesie, nisi
voluerint exequias generales facere. Tūc enim soluāt iux-
ta continentiam & tenorem constitutionū circa exequias
generales per Capitulum editarum. Quæ constitutio iu-
rata est, atque vno contradicente irrevocabilis. Act. xxvj.
mensis Maij M. D. liij.

¶ *Constitutio, quòd fiat dicta pulsatio pro Governatore
& Baiulo generali.*

H Vgo Episcopus, & honorabile Capitulum, xix. No-
vembrijs, anni M. cccc. x. cum Vicario generali ordi-
narunt, quòd dicta pulsatio ad modum Canoniorū, fiat
etiam orationis in hora sub vtroque crepusculo, & in me-
ridie, pro Governatoribus, & Baiulis generalibus Regni
Valentini, siue eligant, aut habeāt sepulturam in Sede,
vel non: dum tamen in eius sepulturis intersit processio
generalis dicte Sedis. Demum punctator Sedis solus, nō
ex alijs Ecclesijs, curam aut facultatē punctandi habeat,
in similibus actibus solemnibus. Ex impress. fol. 110. a.

¶ *Constitutio de sepulturis Canoniorum.*

Die secunda Ianuarij, anni M. D. cccc. lxxxij. Reuerē-
di domini de Capitulo, statuerunt, & ordinarunt, q̄
abinde in sepulturis faciendis pro Canonicijs Valentinijs
morientibus, talis ordo seruetur, videlicet quòd immedia-
tè post obitum fiat pulsatio antiqua campanarū, quæ vul-
gò dicitur (los tres clachs) & deinde sequatur pulsatio cā-
panarum, tam ordinaria, quàm extraordinaria duratura

N quan

quandiu Litaniæ cadaueri diceretur, & quousque cadaue-
 Canonici sepulturæ tradatur, & quod cadaueri celebre-
 tur Litania generalis, cui intersint omnes Canonici, & be-
 neficiati Ecclesiæ, qui resident: & de qua nullum stipen-
 dium habere debeant, cum id gratis facere teneantur:
 ac neque de sepultura huius modi, quæ generalis quoque
 esse debet, quicquam habere possint: ac sicut Litaniæ, ita
 & sepulturæ supradicti omnes assistant. Quantum autem
 debeat dari Canonico, & alijs beneficiatis, & officialibus,
 necnon scholaribus, & alijs ministris pro sepultura Cano-
 nici, in eadem constitutione exprimitur. Ibidem.

*¶ Constitutio, quòd cadauer Canonici non per Canonicos,
 sed per beneficiatos deferatur ad se-
 pulturam.*

FRatre Thoma Archiepiscopo, eius Vicarius generalis
 & Capitulum, die xxvij. Aprilis, anni M. D. xlvj. statue-
 runt, & ordinarunt, congruentibus de causis, quòd de cæ-
 tero cadauer, seu corpus Canonici defuncti non defera-
 tur per ipsos Canonicos, vt antea mos fuerat, sed per be-
 neficiatos eiusdem Sedis, Quibus deferentibus stipendiũ
 in constitutione expressum pro labore erogetur: Canoni-
 cis tamen ipsum cadauer circumstantibus, vt quantum ip-
 sis de onere deferendi mortuum subtrahitur, tantumdem
 liberius in eius animam orationis impendant. Quæ con-
 stitutio iurata est, & vno contradicente irreuocabilis. Ad
 die, mense, & anno supradictis.

*¶ Constitutio, à quibus deferatur cadauera canonicorum
 ad sepulchram.*

Eodem

Eodem Thoma Archiepiscopo, eius Vicarius generalis, & Reuerendum Capitulum, addentes constitutioni de sepeliendis Canonicis, in qua cauetur, quòd cadauera Canonorum ad sepulchrum, non per Canonicos, sed per beneficiatos deferantur, illam in melius commutantes, statuerunt, & ordinarunt, quòd de cætero prædicta cadauera deferantur per duos vespilones, vulgò dictos macipos, cappis, siue cotis albis indutos, quorum vnus partem feretri anteriorem teneat, alter posteriorem; & quòd Canonici circum circa assistant, & portent etiam feretrum. Act. die ij. Octobris, M. D. liij.

¶ Constitutio de coadiutoribus Canonorum, quoad sepulturam.



Eodem Thoma Archiepiscopo, eius Vicarius generalis cum Reuerendo Capitulo, statuerunt, & ordinarunt, quòd de cætero coadiutores Canonorum per Apostolicam Sedem approbati, atque in maiorem Ecclesie seruitium, & residentiam deputati, in funerali pompa sepulturæ, & exequijs, simili cum honore & complemento, atque veri Canonici præbendati deducantur ad sepulturam, neque ab eis in hoc detrahatur quicquã de eo, quod per constitutiones Ecclesie de sepulturis, Canonicis actu præbendatis tribui, atque concedi solet. Act. xvij. mensis Martij M. D. xlvij.

¶ Ordo seruandus in sepulturis Dignitatum, & Præpositorum, non Canonorum.



N 2 Simi-

Similem ordinem statuerunt seruari in sepulturis Dignitatum, vel preposituram habentium, qui non fuerint Canonici, ac seruat in sepulturis Canonorum: excepta prima pulsatione campanarum (los tres clachs) nuncupata, qui tantum fieri solita est, immediate post obitum Canonici; cum huiusmodi pulsatio pro solis Canonici, sit ab antiquo fieri introducta. Ex impress. fol. 110. b.

¶ Ordo seruandus in sepulturis beneficiarum.

Hic ordo sepeliendi, & assistendi Canonicos in sepulturis beneficiarum, est penitus antiquatus, & standum est ordini, & consuetudini modernæ dictarum sepulturarum; nisi quod pro sepulturis Canonorum intra ciuitatem, vel in suburbijs morientium, soluuntur in omnibus viginti libræ, in sepulturæ verò beneficiarum decem libræ. Ex impress. fol. ibidem.

¶ Constitutio de sepulturis, & exequijs generalibus.

ERardo de la Marcha, Cardinali & Archiepiscopo Valentino, eius Vicarius generalis cum Reuerendo Capitulo, die xxij. Aprilis, anni M. D. xxxiiij. Ad tollendas omnes difficultates, & dubia, quæ super sepulturis, & exequijs generalibus ex obscuritate antiquarum Ecclesiæ constitutionum, & varietate consuetudinis, atque vsus, quotidie oriri solitæ erant; statuerunt, & ordinarunt, quod de cetero quando aliquis requisierit celebrari sepulturam, seu exequias generales pro aliquo defuncto, non admittatur petitio nisi ex determinatione Capituli, & soluat prius, vel pignora det, pro sumptibus necessarijs: Quin
& por

& portiones designantur, quæ dari debent Episcopo celebranti, Canonicis, & dignitatem habentibus, coadiutoribus Canonorum, beneficiatis Sedis, beneficiatis Parochialium, ministris Sedis, cantoribus, deferenti crucem, scholaribus pro pulsatione campanarum, Archiuerijs, Procuratori fiscali, Canonico procuratori duplarum, & anni uersariorum, tum & beneficiato procuratori duplarum pro apunctatione, necnon duobus bursarijs. Adhæc quando duplicatur portio unicuique, vel ex conduplicato officio, vel ex maiori distancia ad locum sepulturæ, maximè verò si denocte fiant eiusmodi actus, & à quibus exigi debeat capso, declaratur. Caueturque ne super huiusmodi sepulturis, siue exequijs generalibus, transactio seu pactum aliquod fiat. Quæ constitutio iurata est, atque vno contradicente irreuocabilis. Ex impress. fol. III. a.

¶ *Constitutio salarij scholarum pro pulsatione campanarum.*

FRatre Thoma Archiepiscopo, eius Vicarius generalis, & Capitulum constituerunt, & ordinarunt; adijcentes constitutioni super pulsatione campanarum, quòd in exequijs generalibus præsertim in Capellardent vulgò nuncupato, pro domino Rege, Principe, Regina, seu Principisa, soluantur scholanibus, pro pulsatione campanarum octo dierum, viginti octo libræ monetæ regalium Valentia, et si oportuerit ultra pulsare soluatur eis pro rata temporis; quòd si pauciores dies quàm octo sit pulsatio, nihilominus soluarur integra prædicta portio, in reliquis constitutione prædicta in suo robore permanente. Act. v. Maij, M. D. Lv.

*¶ Constitutio declaratoria alterius constitutionis super
exequijs generalibus.*

SEde pastore carente Vicarius generalis, & Capitulum statuerunt, & prouiderunt, quòd quattuor beneficia, siue cantoriæ de nouo in Ecclesia erectæ, siue earum nominatæ personæ, de cætero recipiant duplicem portionem in exequijs generalibus, si & prout recipiunt cantores beneficiati Ecclesiæ: in reliquis constitutione de exequijs in suo robore permanente. Act. xix, Iunij, anno M. D. lvj.

*¶ Constitutio augmenti portionis pro dominis Canonicis
in exequijs generalibus.*

FRatre Thoma Archiepiscopo, eius Vicarius generalis cum Reuerendo Capitulo, addentes constitutioni de exequijs generalibus, quæ edita fuit anno M. D. xxxiiij. constituerunt, & ordinarunt, quòd Canonicis, & quibusdã alijs officium aliquod exercentibus, in distributione portionum, addantur stipendia, prout in præsentis cõstitutione exprimitur. In reliquis præfatam antiquam cõstitutionem in suo robore permanere volentes. Quæ cõstitutio iurata est, nec reuocabilis vno contradicente. Act. die septima mensis Nouembris. anni M. D. L.

*¶ Constitutio alia super augmento portionis Canonicorum
in exequijs.*

HAec etiam cõstitutio, quæ edita fuit die septima Nouembris, M. D. L. fuit etiam in superiori cõstitutione de simili augmento salarij comprehensa, & si per incuriam

riam de nouo edita, seu potius, vt repetita omittitur.

*¶ Prouisio super augmento portionis Canoniorum, in
exequijs generalibus.*

D Omini Canonici, & Capitulum vnà cum Vicario generali prouiderunt, & ordinarunt, quòd non obstantibus antiquis constitutionibus, quas honestis de causis in aliquibus, pro exigentia temporum, corrigere & emmendare necesse est; de cætero perpetuis futuris temporibus, in quibuscunque generalibus defunctionibus, sepulturis, seu exequijs generalibus, portiones dominorum Canoniorum sint duplices. Ita quòd pro dictis portionibus in futurum quadraginta octo aurei, siue ducati, & non viginti quattuor quemadmodum hætenus, exigantur, & exigi debeant, dictis constitutionibus circa alia, in suis robore & firmitate remanentibus. Act. die primo Augusti, M. D. lxx. Petro Lopez notario & scriba.

¶ Declaratio præcedentis constitutionis super augmento portionum.



I DEM declarantes præcedentem constitutionem sequenti die, quæ fuit ij. eiusdem mensis, & anni, prouiderunt, quòd per portionem illam quadraginta octo ducatorum; intelligatur simplex portio, ita quòd si fuerit portio cum dimidia, exigantur septuaginta duo aurei, & pro duabus nonaginta sex aurei, & si plures portiones augeantur, ad dictam rationem. Quæ constitutio iurata est, & vno contradicente irreuocabilis. Petro Lopez notario, & scriba.

¶ *Prouisio, quòd in funerarijs generalibus armarierus accipiat cereos sex.*

Domini de Capitulo prouiderunt, & mandarunt, quòd in omnibus funerarijs generalibus, vulgò (Cors general) nuncupatis, Armarierus Sedis accipiat sex cereos magnos de melioribus, qui reperientur in dictis funerarijs; ex eo quia portat sex candalabra, siue ceroferraria. Et quòd Rectores Parochialium, siue Vicarij ciuitatis Valentię, abinde nò possint se concordare occasione cereorum cum manumissoribus, siue heredibus defunctorum; sed ab integro recipiāt suam portionem, siue cereos eis pertinentes; ne fiat præiudicium successoribus, atque iuribus Ecclesię derogetur. Act. die prima Decembris, M.D.xv.

¶ *Constitutio super dandis portionibus cantoribus Ecclesię in exequijs generalibus.*

Fratre Thoma Episcopo, eius Vicarius generalis, & Reuerendum Capitulum, statuerūt, & prouiderunt, quòd de cætero vnicuique ex cantoribus dictę Sedis in particularibus mortuorijs tantummodò dētur, & tradantur portiones sequentes, videlicet pro Litania sex solidos, pro caduere sepeliendo, quattuor solidos, pro Missa duplex portio beneficiatorum, & si fuerit pro beneficiatis sit etiam duplex pro cantoribus. Act. die xxj. mensis Iunij, M.D.liiij.



Titū.

Titulus XV. De subsidijs Papalibus.

¶ Constitutio de taxatoribus, & collectoribus subsidij, & decimæ Papalibus.

FRatre Thoma Archiepiscopo, eius Vicarius generalis cum Reuerendo Capitulo, die ij. mensis Aprilis, anni M. D. xlvj. statuerunt, & ordinarunt, quòd de cetero quoties continget auctoritate Apostolica imponi decimã, siue subsidiũ super fructibus Ecclesiasticis præsentis Archiepiscopatus, aut vniuersi Regni, constituãtur duo collectores eiusmodi subsidij ex antiquiorib⁹ Canonicis per annũ, quibus succedãt sequenti anno alij duo propinquiore in ordine, vt fieri solitum est in officio impositionis; & ita per turnum sequantur alij duo, donec & quousque omnes Canonici, qui eo anno obtinent canonicatum, & præbendam, habuerint, & exercuerint eiusmodi officium. Qui Canonici collectores teneantur dare fideiussores ad voluntatem Capituli, de fideliter se habendo, & dando computo & ratione cũ solutione infra sex menses, à die vltimę solutionis computandos; cum alijs pactis, & rationibus, & cum expressione salarij, tam pro ipsis, quàm pro capellanis ad eos iuuan- dum assumendis, prout in eadem constitutione latiùs cõ- tinetur. Insuper statuerunt; quod eo in casu subsidij, sint quattuor taxatores ex antiquioribus Canonicis, qui antea eiusmodi officium non habuerint. In quibus officijs seruetur per turnum idem ordo, prout in collectoribus est

N 5 bus est

bus est dictum. Qui etiam iurent de se bene, & fideliter habendo, & cuilibet eorum detur salarium in constitutione expressum. Quæ cōstitutio iurata est, & vno contradicente irreuocabilis. Act. die, mense, & anno præfixis.

*¶ Constitutio, quòd prædicti taxatores, & collectores exer-
ceant perse officium, & non per sub-
stitutos.*

Idem Vicarius generalis, & Capitulum die tertia eiusdem mensis, & anni, statuerunt, & ordinarunt, quòd collectores, & taxatores præfati subsidiorum teneantur eiusmodi officia per seipso, & non per interpositas personas exercere, etiam si Canonicos alios loco sui subdelegent: quin potius non valentibus ipsis exercere officium, ad propinquiores in ordine, ac per turnum Canonicos, officia exercenda deueniant, iuxta formam cōstitutionis præfate. Quæ constitutio similiter, & iurata est, & vno contradicente irreuocabilis. Act. die, mense, & anno prædictis.

*¶ Constitutio super allegantibus priuilegia, & exemptiones
in solutione subsidiorum, & aliorum
onerum.*

Georgio ab Austria Archiepiscopo, Vicarius generalis cum Reuerendo Capitulo, statuerunt, & ordinarunt contra quoscunque clericos, presbyteros, beneficiatos, seu substitutos Ecclesiarum ciuitatis, & diocesis Valentiniæ, qui ad subterfugiendam Ordinarij correctionem, & iurisdictionem; necnon & eximendum ne à contributione communium Ecclesiasticorum onerum, aliquas exemptiones

priones, priuilegia, & immunitates allegantes, quorū prætextu à contributione & solutione subsidij, & onerum huiusmodi se eximere conantur : præter alia iuris remedia contra eos inferenda prouiderunt, quòd de cætero quicumque clerici, seu presbyteri talia allegare tentauerint, sint ipso facto priuati à quibuscunque officijs, etiamsi procuratores præpositurarum, & collectores fuerint, & alijs quæ in suis quisque Ecclesijs obtinebunt: sintque eo ipso ad alia quæuis administranda officia penitus inhabiles, & priuati; sub pœnis excommunicationis, & alijs in constitutione appositis. Quæ iurata est, atque vno contradicente irreuocabilis. Act. x. Nouembris, M.D.xl.

¶ *Constitutio super collectoribus subsidiorum quartæ decimæ.*

FRatre Thoma Archiepiscopo, eius Vicarius generalis & Reuerendum Capitulum, declarantes per constitutionem, alias editam die ij. Aprilis, M.D.xlvj. statuisse, quòd collectores decimarum, siue subsidij teneantur dare computum, & satisfacere de omnibus partitis, exactis, vel non exactis: Quæ constitutio rigurosa nimis esset, & aspera, ni declaratione: & intellectu fieret benignior; statuerunt, & declararunt, quòd eiusmodi collectores teneantur dare computum, & satisfactionem de partitis exactis, vel non exactis, nisi tamen ostenderint debitas diligências colligendi adhibuisse circa partitas non exactas. Quo casu, minimè teneantur de non collectis, neque exactis per eos. ceteris in dicta constitutione contentis in suo robore permansuris. Act. xxvj. Aprilis, M.D.lxvij.

¶ *Con-*

¶ *Constitutio, quòd hæredes Canonorum, seu alij detentores huius libri compendij constitutionum, decedentibus illis, teneantur ipsum restituere Archiuerijs Capituli, sub excommunicationis, & alijs pœnis.*

IN Dei nomine Amen. Pateat cunctis, quòd nos Canonici, & Capitulum sanctæ Metropolitanæ Sedis Valentinae, in quo sumus præsentibus Gaspar Honoratus Pellicer Canonicus, ac pro Illustrissimo & Reuerendissimo in Christo patre & domino D. Ioanne à Ribera Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Patriarcha Antiocheno, & Archiepiscopo Valentino, Vicarius generalis Capitularis, Federicus de Borgia Archidiaconus maior, Vincentius Roca de la Serna Archidiaconus Setabis, Bernardinus Gomefius Miedes Archidiaconus Saguntinus, siue Muriueteris, Petrus Hieronymus Góbau, Hieronymus Aegidius Roda, Michaël de Vilanoua, Franciscus Dionysius Sanchiz, Franciscus Ludouicus Balaguer, Petrus Catala, Ioannes Baptista Cardona, Matthias Pallas à Guzman, & Franciscus Tudela, omnes Canonici præbendati dictæ Sedis in eiusdem Capitulo infimul capitulariter congregati, præcedente conuocatione per Nuntium Reuerendi Capituli, prout idem mihi notario & scribæ infra scripto retulit, & fidem fecit; maior pars Canonorum residentium, ac totum Capitulum representantes, Attendentes quòd superioribus diebus per dictum Illustrissimum Patriarcham & Archiepiscopum, eiusque totum Capitulum, & Canonicos capitulariter congregatos, verbo fuit prouisum, quòd omnes huius Metropolitanæ Ecclesiæ constitutiones, tam typis impressæ, quàm manuscriptæ, hucusq. ab eius primordio, & fundatione editæ, quæ
ob ca-

ob earum multitudinem, singularumque prolixitatem, à paucis legi, minusque in memoriam redigi, ideoque in maximum Ecclesiæ damnum, & capitularium detrimentum animarum, neque debitæ quandoque executioni mandari solebant; in compendium, seu in breues quasdam summas rerum, & sententias singulæ redigerentur, vt quarum breuitate ac reductione allecti Canonici, melius ad eas relegendas, memoriaque tenendas afficerentur: Cuius prouisionis vigore, reductæ iam illæ, & in compendium redactæ, ac etiam typis excussæ extiterunt. Ac insuper inhærentes constitutioni olim editæ per bonæ memoriæ Thomam de Villanueva Archiepiscopum Valentinum, & tunc existentes Canonicos, & Capitulum, sub die nona Nouembris 1545. quæ in calce libri constitutionum impressarum habetur, necnon causis & rationibus in ea contentis: omnes vnanimis, & concordis, ac nemine discrepante statuimus, & ordinamus, quòd de cetero eiusmodi sic redactæ constitutiones, & in libellos compactæ, quorum centum duntaxat numero typis excussi sunt, singuli ex ijs, Antistiti & unicuique Canonico tradantur, vt quorum assidua lectione ea omnia, quæ ad optimum Ecclesiæ regimen, & administrationem pertinent diligentius perdiscant: ac quòd reliqui libri, ne aliorum quam Canonicorum manibus terantur, in Archiuio Ecclesiæ asseruandi reponantur. Ita tamen quòd quandocunque Canonicus libellum habens obierit, hæredes seu manumissores defuncti Canonici, siue quicumque alij detentores, obligati sint eundem libellum intra tres dies, ex quo fuerint à Syndico Capituli requisiti, Archiuarijs eiusdem restituere, sub excommunicationis, & alijs pœnis contra Ecclesiasticarum rerum detentores à iure imponi solitis.

In quo

In quorum omnium, & singulorum fidem & testimoniū
premissorum iussimus hoc præsens publicum instrumen-
tum per Hieronymum Iulianum Real notarium, & scri-
bam dicti Capituli fieri & confici ad perpetuam rei me-
moriā. Quod fuit actum in dicto Capitulo, die xj. men-
sis Augusti, anno à Natiuitate domini M.D.Lxxxij. præ-
sentibus ibidem venerabilibus Ioachimo Ruuio, &
Gregorio Ivañes presbyteris Archiuerijs di-
cti Capituli, ac beneficiatis eiusdem Se-
dis Valentinae, testibus ad præ-
missa vocatis, pariter-
que rogatis.



☞ *Laudetur Christus.*

V A L E N T I Æ.

Ex Typographia viduæ Pe-
tri Huete. Anno à Natiuitate
domini M.D.
Lxxxij.